

Hans H. Ørberg

LINGVA LATINA

PER SE ILLUSTRATA

Pars I

FAMILIA ROMANA

EXERCITIA LATINA

I



Hans H. Ørberg

LINGVA LATINA

PER SE ILLUSTRATA

Pars I

FAMILIA ROMANA

EXERCITIA LATINA I

Hans Ørberg

LINGVA LATINA PER SE ILLUSTRATA

Pars I:

Familia Romana (978-1-58510-201-3); hard cover (978-1-58510-238-5)
Latine Disco: Student's Manual (978-1-58510-050-7)
Grammatica Latina (978-1-58510-223-5)
Exercitia Latina I (978-1-58510-212-9)
Latin-English Vocabulary (978-1-58510-049-1)
Lingva Latina: Familia Romana CD-ROM for PC (87-90696-08-5)
Exercitia Latina I CD-ROM for PC (978-87-90696-10-8)

Pars II:

Roma Aeterna (978-1-58510-233-4); hardcover (978-1-58510-314-0)
Exercitia Latina II (978-1-58510-067-5)
Indices (87-997016-9-3)
Instructions for Part II (978-1-58510-055-2)
Latin-English Vocabulary (978-1-58510-052-1)
Lingva Latina: Roma Aeterna CD-ROM For PC (87-90696-09-3)
Exercitia Latina II CD-ROM for PC (978-87-90696-12-2)

Ancillaries:

CD-ROM for Mac, contains Familia Romana, Roma Aeterna, Exercitia Latina I & II (978-87-90696-13-9)
Caesaris: Commentarii De Bello Gallico (87-90696-06-9)
Colloquia Personarvm (978-1-58510-156-6)
Menaechmi ex Plauti Comoedia (1-58510-051-X)
P. Vergilii Maronis: Aeneis, Libros I et IV (978-87-90696-17-7)
Petronivs: Cena Trimalchionis (87-90696-04-2)
Plautus: Amphitryo (87-997016-7-7)
Sallustius & Cicero: Catilina (87-90696-11-5)
Sermones Romani (97-90696-07-7)

For College Students:

Lingva Latina: A College Companion (978-1-58510-191-7)

For further information on the complete series and new titles, visit www.pullins.com.

Copyright © 2005 Hans Ørberg

ISBN 10: 1-58510-212-1

ISBN 13: 978-1-58510-212-9

Distributed by Focus Publishing / R Pullins Company, PO Box 369, Newburyport, MA 01950 (www.pullins.com) with permission of Domus Latina. All rights reserved. No part of this publication may be produced, stored in a retrieval system, produced on stage or otherwise performed, transmitted by any means, electronic, mechanical, by photocopying, recording, or by any other media or means without prior written permission of the publisher.

15 14 13 12 11 10 9 8 7 6

0310BB

INDEX LECTIONVM

Cap. I		Cap. X	
Lēctiō I: ex. 1-3	1	Lēctiō I: ex. 1-3	30
Lēctiō II: ex. 4-7	1	Lēctiō II: ex. 4-7	31
Lēctiō III: ex. 8-10	2	Lēctiō III: ex. 8-10	32
Lēctiō grammatica: ex. 11	3	Lēctiō grammatica: ex. 11	33
Cap. II		Cap. XI	
Lēctiō I: ex. 1-4	4	Lēctiō I: ex. 1-4	34
Lēctiō II: ex. 5-9	4	Lēctiō II: ex. 5-7	35
Lēctiō III: ex. 10-11	6	Lēctiō III: ex. 8-11	36
Lēctiō grammatica: ex. 12-13	6	Lēctiō grammatica: ex. 12-13	37
Cap. III		Cap. XII	
Lēctiō I: ex. 1-2	7	Lēctiō I: ex. 1-4	38
Lēctiō II: ex. 3-5	7	Lēctiō II: ex. 5-12	39
Lēctiō III: ex. 6-9	8	Lēctiō III: ex. 13-16	41
Lēctiō grammatica: ex. 10	9	Lēctiō grammatica: ex. 17-20	43
Cap. IV		Cap. XIII	
Lēctiō I: ex. 1-4	10	Lēctiō I: ex. 1-4	44
Lēctiō II: ex. 5-9	11	Lēctiō II: ex. 5-8	46
Lēctiō grammatica: ex. 10-11	12	Lēctiō III: ex. 9-11	47
Cap. V		Lēctiō grammatica: ex. 12	48
Lēctiō I: ex. 1-5	13	Cap. XIV	
Lēctiō II: ex. 6-8	14	Lēctiō I: ex. 1-3	48
Lēctiō grammatica: ex. 9-11	15	Lēctiō II: ex. 4-6	49
Cap. VI		Lēctiō III: ex. 7-10	50
Lēctiō I: ex. 1-5	16	Lēctiō grammatica: ex. 11	52
Lēctiō II: ex. 6-11	18	Cap. XV	
Lēctiō grammatica: ex. 12	19	Lēctiō I: ex. 1-3	52
Cap. VII		Lēctiō II: ex. 4-6	53
Lēctiō I: ex. 1-3	19	Lēctiō III: ex. 7-9	54
Lēctiō II: ex. 4-6	20	Lēctiō grammatica: ex. 10	55
Lēctiō III: ex. 7-10	21	Cap. XVI	
Lēctiō grammatica: ex. 11	22	Lēctiō I: ex. 1-3	56
Cap. VIII		Lēctiō II: ex. 4-7	57
Lēctiō I: ex. 1-4	22	Lēctiō III: ex. 8-11	58
Lēctiō II: ex. 5-7	23	Lēctiō grammatica: ex. 12	59
Lēctiō III: ex. 8-11	24	Cap. XVII	
Lēctiō grammatica: ex. 12-15	25	Lēctiō I: ex. 1-3	59
Cap. IX		Lēctiō II: ex. 4-7	60
Lēctiō I: ex. 1-5	27	Lēctiō III: ex. 8-11	62
Lēctiō II: ex. 6-8	28	Lēctiō grammatica: ex. 12	63
Lēctiō grammatica: ex. 9-11	29		

Cap. XVIII

Lēctiō I: ex. 1-5	64
Lēctiō II: ex. 6-11	65
Lēctiō III: ex. 12-14	67
Lēctiō grammatica: ex. 15-16	68

Cap. XIX

Lēctiō I: ex. 1-4	68
Lēctiō II: ex. 5-7	69
Lēctiō III: ex. 8-11	70
Lēctiō grammatica: ex. 12	72

Cap. XX

Lēctiō I: ex. 1-4	73
Lēctiō II: ex. 5-7	74
Lēctiō III: ex. 8-10	75
Lēctiō grammatica: ex. 11	76

Cap. XXI

Lēctiō I: ex. 1-4	76
Lēctiō II: ex. 5-8	78
Lēctiō III: ex. 9-12	79
Lēctiō grammatica: ex. 13-14	81

Cap. XXII

Lēctiō I: ex. 1-4	82
Lēctiō II: ex. 5-7	83
Lēctiō grammatica: ex. 8-10	84

Cap. XXIII

Lēctiō I: ex. 1-3	85
Lēctiō II: ex. 4-6	86
Lēctiō III: ex. 7-11	87
Lēctiō grammatica: ex. 12-13	88

Cap. XXIV

Lēctiō I: ex. 1-4	89
Lēctiō II: ex. 5-8	90
Lēctiō grammatica: ex. 9-10	92

Cap. XXV

Lēctiō I: ex. 1-2	93
Lēctiō II: ex. 3-5	93
Lēctiō III: ex. 6-9	94
Lēctiō grammatica: ex. 10-11	95

Cap. XXVI

Lēctiō I: ex. 1-3	96
Lēctiō II: ex. 4-6	97
Lēctiō III: ex. 7-9	98
Lēctiō grammatica: ex. 10-11	99

Cap. XXVII

Lēctiō I: ex. 1-3	100
Lēctiō II: ex. 4-6	101
Lēctiō III: ex. 7-10	102
Lēctiō grammatica: ex. 11-12	103

Cap. XXVIII

Lēctiō I: ex. 1-3	104
Lēctiō II: ex. 4-6	106
Lēctiō III: ex. 7-10	107
Lēctiō grammatica: ex. 11-12	108

Cap. XXIX

Lēctiō I: ex. 1-3	109
Lēctiō II: ex. 4-6	110
Lēctiō III: ex. 7-10	111
Lēctiō grammatica: ex. 11	113

Cap. XXX

Lēctiō I: ex. 1-3	113
Lēctiō II: ex. 4-7	114
Lēctiō III: ex. 8-11	115
Lēctiō grammatica: ex. 12-13	116

Cap. XXXI

Lēctiō I: ex. 1-3	117
Lēctiō II: ex. 4-6	118
Lēctiō III: ex. 7-10	119
Lēctiō grammatica: ex. 11-12	120

Cap. XXXII

Lēctiō I: ex. 1-2	121
Lēctiō II: ex. 3-6	121
Lēctiō III: ex. 7-11	123
Lēctiō grammatica: ex. 12-13	124

Cap. XXXIII

Lēctiō I: ex. 1-3	125
Lēctiō II: ex. 4-6	126
Lēctiō III: ex. 7-11	127
Lēctiō grammatica: ex. 12-14	129

Cap. XXXIV

Lēctiō I: ex. 1-3	130
Lēctiō II: ex. 4-6	131
Lēctiō III: ex. 7-9	132
Lēctiō grammatica: ex. 10-11	133

Cap. XXXV

Lēctiō I: ex. 1	134
Lēctiō II: ex. 2	134
Lēctiō grammatica: ex. 3	135

Page 129 is missing (Chapter 33, exercises 11,12,13)

In omni disciplina informis est artis praeceptio
sine summa assiduitate exercitationis

(Rhetorica ad Herennium III.40)

NOTAE

abl.	ablātīvus
acc.	accūsātīvus
āct.	āctīvum
adi.	adiectīvum
adv.	adverbium
cēt.	cēteri -ae -a
comp.	comparātīvus
coni.	coniūctīvus
dat.	dativus
dēcl.	dēclīnātiō
dēp.	dēponens
ex.	exercitium
f., fēm.	fēmīnīnum
fut.	futūrum
gen.	genetīvus
imp.	imperātīvus
imperf.	imperfectum
ind.	indicātīvus
inf.	īnfinītīvus
m., masc.	masculīnum
n., neutr.	neutrum
nōm.	nōminātīvus
p.	pāgina
part.	participium
pass.	passīvum
perf.	perfectum
pers.	persōna
plūr., pl.	plūrālis
plūsquamperf.	plūsquamperfectum
pos.	positīvus
praes.	praesēns
sing., sg.	singulāris
sup.	superlātīvus
voc.	vocātīvus
[1, 2, 3, 4]	coniugātiō I, II, III, IV
1, 2, 3	persōna I, II, III
-	thema praesentis
~	thema perfectī
≈	thema supīnī
	finis thematis
/	sīve
<	factum ex

EXERCITIA LATINA

CAPITVLVM PRIMVM

*Lēctiō prīma (versūs 1-21)***Exercitium 1**

1. Italia in Eurōpā _____ .
2. Gallia in Eurōpā _____ .
3. Italia et Gallia in Eurōpā _____ .
4. Arabia in Eurōpā nōn _____ .
5. Arabia in Asiā _____ .
6. Syria quoque in Asiā _____ .
7. Syria et Arabia in Asiā _____ .
8. Hispānia in Asiā nōn _____ .
9. Hispānia et Gallia et Italia in Eurōpā _____ .

Exercitium 2

1. Italia _____ Eurōpā est; Graecia _____ in Eurōpā est.
2. Italia _____ Graecia in Eurōpā sunt.
3. Est _____ Arabia in Eurōpā? Arabia in Eurōpā _____ est.
4. _____ est Arabia? In Asiā est Arabia.
5. Arabia nōn est in Eurōpā, _____ in Asiā.
6. Germānia _____ in Asiā, _____ in Eurōpā est.
7. Rhēnus est in Germāniā. Rhēnus _____ est.

Exercitium 3

1. Ubi est Rōma? ...
2. Ubi est Italia? ...
3. Estne Graecia in Eurōpā? ...
4. Ubi est Aegyptus? ...
5. Estne Hispānia in Eurōpā? ...
6. Estne Syria in Eurōpā? ...
7. Ubi est Syria? ...
8. Estne Gallia in Asiā? ...
9. Ubi est Gallia? ...
10. Estne Germānia in Eurōpā? ...

*Lēctiō secunda (versūs 22-61)***Exercitium 4**

1. Corsica īnsul _____ est. Corsica et Sardinia īnsul _____ sunt.
2. Rhēnus fluvi _____ est. Rhēnus et Dānuvius fluvi _____ sunt.
3. Brundisium oppid _____ est. Brundisium et Tūsculum oppid _____ sunt.
4. Sicilia īnsula magn _____ est.
5. Nīlus est fluvius magn _____ .
6. Brundisium oppidum magn _____ est.
7. Tūsculum nōn oppid _____ magn _____ , sed oppid _____ parv _____ est.
8. Melita nōn est īnsul _____ magn _____ , sed īnsul _____ parv _____ .
9. Tiberis nōn fluvi _____ magn _____ , sed fluvi _____ parv _____ est.
10. Rhēnus et Nīlus fluvii magn _____ sunt
11. Sicilia et Sardinia īnsulae magn _____ sunt.
12. Brundisium et Sparta oppida magn _____ sunt.

Cap. I*Lēctiō I*

est
sunt

et
fluvius
in
-ne
nōn
quoque
sed
ubi

ubi? in ...
nōn est

Lēctiō II

-us -ī
-a -ae
-um -a
fluvius fluvii
magnus magni
īnsula īnsulae
magna magnae
oppidum oppida
magnum magna

fluvius est
fluvii sunt
insula est
insulae sunt
oppidum est
oppida sunt

Graecus
imperium
multī
num
paucī
prōvincia
quid
Rōmānus

est-ne...? est
 nōn est
num... est? nōn est

Lēctiō III

duo
Latīnus
littera
mille
numerus
prīmus
secundus
sex
syllaba
tertius
trēs
ūnus
vocābulum

Exercitium 5

1. Sicilia īnsula est. Sicilia et Sardinia _____ sunt.
2. Rhēnus fluvius est. Rhēnus et Dānuvius _____ .
3. Tūsculum oppidum est. Tūsculum et Brundisium _____ .
4. Corsica et Sardinia īnsulae sunt. Sicilia quoque _____ est.
5. Nilus et Tiberis fluvii sunt. Dānuvius quoque _____ .
6. Sparta et Delphī oppida sunt. Brundisium quoque _____ .

Exercitium 6

1. Tūsculum nōn oppidum Graecum, sed oppidum _____ est.
2. Sparta est oppidum _____ .
3. _____ Nilus oppidum est? Nilus nōn est oppidum.
4. _____ est Nilus? Nilus fluvius est.
5. In Arabiā nōn multī, sed _____ fluvii sunt.
6. Quid est Gallia? Gallia est _____ Rōmāna.
7. In imperiō Rōmānō nōn paucae, sed _____ prōvinciae sunt.
8. Magnum est _____ Rōmānum.

Exercitium 7

1. Estne Aegyptus in Āfricā? ...
2. Estne Hispānia in Āfricā? ...
3. Ubi est Hispānia? ...
4. Num Arabia in Eurōpā est? ...
5. Ubi est Arabia? ...
6. Ubi est Sparta? ...
7. Num Sparta īnsula est? ...
8. Quid est Sparta? ...
9. Num Euboea oppidum est? ...
10. Quid est Euboea? ...
11. Quid est Tūsculum? ...
12. Num Tūsculum oppidum Graecum est? ...
13. Num Nilus fluvius parvus est? ...
14. Estne Crēta īnsula Graeca? ...
15. Suntne Rhodus et Naxus īnsulae Graecae? ...
16. Suntne multae īnsulae in Graeciā? ...
17. Suntne multī fluvii in Arabiā? ...
18. Quid est Tiberis? ...

Lēctiō tertia (versus 62–83)

Exercitium 8

1. III _____ Rōmānus est. I et II _____ sunt.
2. *Nōn* _____ Latīnum est. *Nōn* et *sed* _____ sunt.
3. Γ _____ Graeca est. Γ et Δ _____ sunt.
4. A et B litterae _____ sunt. C quoque _____ est.
5. *In* et *num* _____ Latīna sunt. *Et* quoque _____ est.
6. _____ [I] et _____ [II] numerī sunt. _____ [III] quoque _____ est.
7. In vocābulō *Latīna* sunt _____ [VI] litterae et _____ [III] _____ :
syllaba _____ *La-*, _____ *-tī-*, _____ *-na*.
8. In capitulō prīmō sunt _____ [M] vocābula.

Exercitium 9

1. Quid est B? ...
2. Quid est II? ...
3. Quid est *fluuius*? ...
4. Num c littera Graeca est? ...
5. Num *fluuius* vocābulum Graecum est? ...
6. Estne D littera Latīna? ...
7. Quid est Δ? ...
8. Suntne A et B litterae Latīnae? ...
9. Num Γ et Δ litterae Latīnae sunt? ...
10. Num c littera prīma est? ...
11. Num A littera secunda est? ...
12. Estne B littera secunda? ...

Exercitium 10

1. Itali _____ in Eurōpā est.
2. Rōma in Itali _____ est.
3. Itali _____ et Graeci _____ in Eurōp _____ sunt.
4. Rōma nōn in Graeci _____, sed in Itali _____ est.
5. Imperi _____ Rōmān _____ magnum est.
6. In imperi _____ Rōmān _____ multae prōvinciae sunt.
7. Gallia est prōvinci _____ Rōmāna.
8. In prōvinci _____ Galliā sunt multī fluvīi.
9. *Ubi* est vocābul _____ Latīnum.
10. In vocābul _____ *ubi* sunt trēs litterae.
11. Capitul _____ prīmum: IMPERIVM ROMANVM.
12. In capitul _____ prīm _____ multa vocābula sunt.

-a
in -ā
-um
in -ō

*Lēctiō grammatica (versūs 84–106)**Lēctiō grammatica***Exercitium 11**

1. *Fluuius* singulāris est. *Fluvīi* _____ est.
2. *Īnsulae* plūrālis est. *Īnsula* _____ est.
3. *Oppidum* _____ est. *Oppida* _____ est.
4. Singulāris: *fluuius*; plūrālis: _____ .
5. Plūrālis: *insulae*; singulāris: _____ .
6. Singulāris: *oppidum*; plūrālis: _____ .
7. Plūrālis: *numerī*; singulāris: _____ .
8. Singulāris: *littera*; plūrālis: _____ .
9. Plūrālis: *vocābula*; singulāris: _____ .
10. Singulāris: *insula magna*; plūrālis: _____ .
11. Plūrālis: *oppida magna*; singulāris: _____ .
12. Singulāris: *numerus Rōmānus*; plūrālis: _____ .
13. Plūrālis: *litterae Graecae*; singulāris: _____ .
14. Singulāris: *vocābulum Latīnum*; plūrālis: _____ .
15. Plūrālis: *exempla*; singulāris: _____ .

singulāris (sing.)
plūrālis (plūr.)
sing. plūr.
-us -ī
-a -ae
-um -a

Cap. II

Lectiō I

vir virī
fēmina fēminae
puer puerī
puella puellae

pater
māter
filius
filia
liberī
Mārcus
pater Mārcī
Iūlia
pater Iūliae
Iūlius
filius Iūlij
Aemilia
filius Aemiliae

quis?
quae?
quid?
quī?

...que = et ...

Lectiō II

dominus
domina
servus servī
servī servōrum
ancilla ancillae
ancillae ancillarum
liberī
liberōrum

CAPITVLVM SECVNDVM

Lectiō prima (versūs 1–24)

Exercitium 1

1. Mārcus puer Rōmānus est; Iūlia est _____ Rōmāna.
2. Iūlius est vir Rōmānus; Aemilia _____ Rōmāna est.
3. Mārcus nōn puella, sed _____ est.
4. Mārcus et Quīntus sunt _____, nōn puellae.
5. Iūlius et Mēdus nōn puerī, sed _____ sunt; Dāvus quoque _____ est.
6. Nōn virī, sed _____ sunt Aemilia et Dēlia; Syra quoque _____ est.

Exercitium 2

1. Iūlius pater est. Aemilia est _____.
2. Iūlia filia est. Mārcus et Quīntus sunt _____.
3. Mārcus et Quīntus et Iūlia sunt trēs _____.
4. Iūlia nōn māter, sed _____ est.
5. Nōn pater, sed _____ est Mārcus.
6. Mārcus filius Iūlii est: Iūlius est pater Mārc _____.
7. Quīntus filius Iūlii est: Iūlius est pater Quīnt _____.
8. Iūlia filia Iūlii est: Iūlius est pater Iūli _____.
9. Mārcus et Quīntus filii Aemiliae sunt: Aemilia est māter Mārc _____ et Quīnt _____.
10. Iūlia filia Aemiliae est: Aemilia est māter Iūli _____.
11. Iūlia est filia Iūli _____ et Aemili _____.
12. Iūlius est pater Mārc _____ et Quīnt _____ et Iūli _____.
13. Māter Mārc _____ et Quīnt _____ et Iūli _____ est Aemilia.

Exercitium 3

1. _____ est Quīntus? Quīntus puer Rōmānus est.
2. _____ est pater Quīnti? Pater Quīnti est Iūlius.
3. _____ est māter Quīnti? Aemilia est māter Quīnti.
4. _____ est filia Iūlii et Aemiliae? Filia Iūlii et Aemiliae Iūlia est.
5. _____ sunt filii? Filii sunt Mārcus et Quīntus.
6. _____ est Tūsculum? Tūsculum oppidum est.
7. _____ est Γ? Γ est littera Graeca.

Exercitium 4

Exemplum: filii et filiae = filii filiaeque.

1. Litterae et numerī = _____.
2. Mārcus et Quīntus = _____.
3. Puerī et puellae = _____.
4. Fēminae puerique = _____.
5. Servi ancillaeque = _____.
6. Ūna filia duoque filii = _____.

Lectiō secunda (versūs 25–61)

Exercitium 5

1. Mēdus nōn est filius Iūlii, Mēdus _____ Iūlii est.
2. Dēlia nōn est filia Aemiliae, Dēlia _____ Aemiliae est.
3. Iūlius _____ Mēdi est. Aemilia _____ Dēliae est.
4. Dāvus et Mēdus nōn sunt dominī, sed _____.
5. Syra et Dēlia nōn sunt dominae, sed _____.
6. Iūlius dominus Dāvī est: Iūlius est dominus serv _____.
7. Iūlius dominus Dāvī et Mēdi est: Iūlius est dominus serv _____.
8. Aemilia domina Syrae est: Aemilia est domina ancill _____.

9. Aemilia domina Syrae et Dēliae est: Aemilia est domina ancill _____ .
 10. Mārcus, Quīntus Iūliaque nōn servī, sed _____ sunt.
 11. Iūlius dominus serv _____ est et pater liber _____ .

Exercitium 6

1. Quis est pater Mārcī? ...
 2. Quae est māter Mārcī? ...
 3. Quae est filia Iūlii et Aemiliae? ...
 4. Quī sunt filii Iūlii et Aemiliae? ...
 5. Quis est Mēdus? ...
 6. Quī sunt Mēdus et Dāvus? ...
 7. Quae est Dēlia? ...
 8. Quis est dominus servōrum? ...
 9. Quae est domina ancillarum? ...
 10. Cuius servus est Mēdus? ...
 11. Cuius filius est Mārcus? ...

quis est...?
 quae est...?
 quī sunt...?
 cuius? -ī
 -ae

Exercitium 7

1. Iūlius est dominus mult _____ serv _____ .
 2. Numerus serv _____ est centum.
 3. Aemilia est domina mult _____ ancill _____ .
 4. Numerus serv _____ et ancill _____ magnus est.
 5. In familia est magnus numerus serv _____ et ancill _____ .
 6. Numerus liber _____ est trēs.
 7. In familiā Iūlii est parvus numerus liber _____ .
 8. In Graeciā est magnus numerus insul _____ .
 9. In Arabiā est parvus numerus fluvii _____ .
 10. In Italiā est magnus numerus oppid _____ .

-ōrum
 -ārum

Exercitium 8*Exemplum:*

Multī/paucī servī = magnus/parvus numerus servōrum.

1. Multae insulae = _____ .
 2. Paucī fluvii = _____ .
 3. Multa oppida = _____ .
 4. Paucī liberi = _____ .
 5. Magnus numerus vocābulōrum = _____ .
 6. Magnus numerus litterārum = _____ .
 7. Parvus numerus exemplōrum = _____ .

magnus numerus -ōrum
 = multī -ī / multa -a
 magnus numerus -ārum
 = multae -ae
 parvus numerus -ōrum
 = paucī -ī / pauca -a
 parvus numerus -ārum
 = paucae -ae

Exercitium 9

1. _____ servī sunt in familiā Iūlii? _____ [C] servī.
 2. Mēdus et Dāvus _____ [II] servī sunt.
 3. Syra et Dēlia sunt _____ [II] ancillae.
 4. Tūsculum et Brundisium _____ [II] oppida sunt.
 5. _____ liberi in familiā sunt? _____ [III] liberi.
 6. In familiā nōn _____ [II] filiae, sed _____ [I] filia est.
 7. In familiā nōn _____ [I] filius, sed _____ [II] filii sunt.
 8. *Vir, puer, puella* _____ [III] vocābula sunt.
 9. Rhēnus et Dānuvius et Tiberis _____ [III] fluvii sunt: _____ [II] fluvii magni et _____ [I] fluvius parvus.
 10. Brundisium et Sparta et Delphī _____ [III] oppida sunt: _____ [II] oppida magna et _____ [I] oppidum parvum.

quot?
 ūnus -a -um
 duo duae duo
 trēs tria
 centum
 mille

Lēctiō III

me|us -a -um...

tu|us -a -um...

antīquus

cēterī -ae -a

ecce

novus

pāgina

titulus

liber librī

librī librōrum

capitulū capitulā

capitulī capitulōrum

R = 'er'

Lēctiō grammatica

masculīnum (masc., m.)

fēminīnum (fēm., f.)

neutrum (neutr., n.)

masc. -us (-r)

fēm. -a

neutr. -um

11. Sardinia et Sicilia et Melita sunt _____ [III] insulae: _____ [II] insulae magnae et _____ [I] insula parva.
12. In Graeciā _____ insulae sunt? In Graeciā sunt _____ [M] insulae parvae magnaeque.

Lēctiō tertia (versūs 62–92)

Exercitium 10

1. Cornēlius: "Estne Mēdus filius _____?"
2. Iūlius: "Mēdus nōn est filius _____."
3. Cornēlius: "Estne Dēlia fīlia _____?"
4. Iūlius: "Dēlia nōn est filia _____."
5. Cornēlius: "Suntne ancillae _____ Dēlia et Syra?"
6. Iūlius: "Dēlia et Syra sunt ancillae _____."
7. Cornēlius: "Quī sunt filiī _____?"
8. Iūlius: "Filiī _____ sunt Mārcus et Quīntus."
9. Cornēlius: "Quot servī sunt in familiā _____?"
10. Iūlius: "In familiā _____ sunt centum servī. Numerus servōrum _____ est centum. Familia _____ magna est."
11. Cornēlius: "Centum servī! Magnus est numerus servōrum _____!"

Exercitium 11

1. _____ duo lib _____ Latīnī: liber _____ [↔ novus] et liber _____.
2. Numerus lib _____ Latīnōrum magnus est.
3. 'LINGVA LATINA' est _____ lib _____ tuī Latīnī.
4. In LINGVA LATINA sunt multae _____ (pāg. 1, 2, 3, cēterae) et multa capitul _____ (cap. I et II et III et _____).
5. Numerus capitulest magnus.
6. IMPERIVM ROMANVM est capitul _____ prīmum.
7. Titulus capitul _____ prīmī est 'IMPERIVM ROMANVM'.
8. In capitulō prīmō mult _____ vocābul _____ sunt.
9. Numerus vocābul _____ magnus est.
10. Rōma est vocābul _____ prīmum capitul _____ prīm _____.
11. R est littera prīma vocābul _____ prīmī.

Lēctiō grammatica (versūs 93–121)

Exercitium 12

1. Servus vocābulum masculīnum est. Ancilla vocābulum _____ est. Oppidum vocābulum _____ est.
2. Puer nōn est vocābulum fēminīnum, sed _____.
3. Servus et dominus vocābula _____ sunt; fluvius quoque _____ est.
4. Ancilla et domina vocābula _____ sunt; insula quoque _____ est.
5. Oppidum et imperium vocābula _____ sunt; exemplum quoque _____ est.
6. Masculīnum: vir Rōmān _____.
7. Fēminīnum: fēmin _____ Rōmān _____.
8. Neutrum: imperi _____ Rōmān _____.

Exercitium 13

1. *Iūlius pater Mārcī* est: *Mārcī* _____ est.
2. *Iūlius pater Iūliae* est: *Iuliae* quoque _____ est.
3. *Iūlius dominus servī* est: *servī* _____ singularis est.
4. *Iūlius dominus servōrum* est: *servōrum* est _____ .
5. *Aemilia domina ancillae* est: *ancillae* _____ est.
6. *Aemilia domina ancillarum* est: *ancillarum* est _____ .
7. *Titulus capitulī* est *FAMILIA ROMANA* : *capitulī* _____ est.
8. *Numerus capitulōrum* magnus est: *capitulōrum* est _____ .
9. Genetivus: singularis *serv* _____ , plūralis *serv* _____ .
10. Genetivus: singularis *ancill* _____ , plūralis *ancill* _____ .
11. Genetivus: singularis *capitul* _____ , plūralis *capitul* _____ .

genetivus (gen.)		
	sing.	plūr.
masc.	-ī	-ōrum
fēm.	-ae	-ārum
neutr.	-ī	-ōrum

CAPITVLVM TERTIVM*Lēctiō prīma (versūs 1–21)***Exercitium 1**

1. In _____ primā sunt trēs _____ : Iūlia, Mārcus, Quīntus.
2. Iūlia _____ : “Lalla, lalla!” Iūlia _____ est.
3. Mārcus laetus nōn est, Mārcus _____ est.
4. Mārcus Iūliam _____ .
5. _____ Iūlia nōn cantat, sed _____ .
6. Mārcus _____ : “Hahahae!”
7. Iūlia: “Ubi est māter?” Iūlia Aemiliam nōn _____ .
8. Iūlia Aemiliam _____ : “Mamma!”
9. Aemilia _____ .

Exercitium 2

1. Mārcus Iūli _____ pulsat.
2. Mārcus Quīnt _____ nōn videt, sed Quīntus Mārc _____ videt.
3. Quīntus: “Quid? Mārcus puell _____ pulsat?”
4. Quīntus Mārc _____ pulsat, et Mārcus pulsat Quīnt _____ .
5. Iūlia nōn videt Aemili _____ .
6. Iūlia Aemili _____ vocat: “Mamma!”
7. Mārcus irātus Iūli _____ pulsat.
8. Iūlia: “Mamma! Mārcus _____ pulsat!”

*Lēctiō secunda (versūs 22–48)***Exercitium 3**

1. Iūlia cant _____ , et Mārcus eam puls _____ !
2. Iam Iūlia nōn cant _____ , sed plōr _____ .
3. Iūlia Aemiliam nōn vid _____ ; Iūlia Aemiliam voc _____ .
4. Aemilia ven _____ et interrog _____ : “Ubi est Iūlius?”
5. Mārcus respond _____ : “Pater dorm _____ .”
6. Quīntus Iūlium voc _____ .
7. Iūlius dorm _____ neque Quīntum aud _____ .
8. Mārcus rīd _____ , quia Iūlius nōn ven _____ .
9. Aemilia Mārcum verber _____ .

Cap. III*Lēctiō I*

cantat
iam
irātus
laetus
persōna
plōrat
pulsat
rīdet
scaena
venit
videt
vocat

-um
-am
mē

Lēctiō II

-at
-et
-it

audit
cūr
dormit
eam
eum
hīc
improbus
interrogat
neque
probus
quia
respondet
tē
verberat

cūr? quia

Lēctiō III

-us	-um	-at
-a	-am	-et
	eum	-it
	eam	
	mē	
	tē	

-us quī	-um	-at
-a quae	-am	-et
	-it	

-us quem	-us	-at
-a quam	-a	-et
		-it

Exercitium 4

1. Aemilia Quīntum _____ : "Quis mē vocat?"
2. Quīntus _____ : "Iūlia ____ vocat."
3. Aemilia _____ : "_____ Iūlia plōrat?"
4. Quīntus _____ : "Iūlia plōrat, _____ Mārcus _____ pulsat."
5. Aemilia: "Mārcus puer _____ est! Ubi est Iūlius?"
6. Quīntus: "Pater nōn _____ est, sed Mārcus _____ est."
7. Quīntus Iūlium vocat; Iūlius _____ [: Quīntum] nōn _____ .
8. Mārcus: "Pater _____ neque tē audit."
9. Iūlius Quīntum nōn audit _____ venit.
10. Aemilia Mārcum _____ : tuxtax!
11. Mārcus plōrat. Iūlius Mārcum _____ ; iam Iūlius nōn _____ .
12. Mārcus nōn puer _____ , sed puer improbus est.

Exercitium 5

Exemplum: Cūr Iūlia cantat? Iūlia cantat quia laeta est.

1. Cūr Mārcus Iūliam pulsat? ...
2. Cūr Iūlia plōrat? ...
3. Cūr Mārcus rīdet? ...
4. Cūr Iūlia nōn pulsat Mārcum? ...
5. Cūr Aemilia venit? ...
6. Cūr Iūlius Quīntum nōn audit? ...
7. Cūr Mārcum verberat Aemilia? ...
8. Cūr Mārcus plōrat? ...
9. Cūr venit Iūlius? ...

Lēctiō tertiā (versūs 49–82)

Exercitium 6

1. Mārc _____ Iūli _____ pulsat, quia Iūli _____ cantat.
2. Iūli _____ plōrat, quia Mārcus e _____ pulsat.
3. Iūlia Aemili _____ vocat. Aemili _____ venit.
4. Aemili _____ Quīnt _____ videt et e _____ interrogat: "Quis _____ vocat?"
5. Quīnt _____ respondet: "Iūli _____ _____ vocat."
6. Aemilia: "Ubi est Iūlius?" Aemili _____ Iūli _____ nōn videt.
7. Quīnt _____ Iūli _____ vocat: "Pater!"
8. Iūli _____ Quīnt _____ nōn audit.
9. Aemili _____ irāta Mārc _____ verberat.
10. Mārc _____ plōrat, quia Aemili _____ e _____ verberat.
11. Iūli _____ Mārc _____ audit, et venit.
12. Iūlius Aemili _____ et Mārc _____ et Quīnt _____ et Iūli _____ videt.
13. Aemilia: "Mārc _____ puer improb _____ est."
14. Quīntus: "Mārc _____ parv _____ puell _____ pulsat!"
15. Iūli _____ irāt _____ puer _____ improb _____ verberat.
16. Iūli _____ est puell _____ prob _____ .

Exercitium 7

1. Puella _____ cantat laeta est.
2. Puer _____ puellam pulsat improbus est.
3. Iūlia, _____ cantat, puella proba est.
4. Mārcus, _____ puer improbus est, puellam et puerum pulsat.
5. Puella _____ Mārcus pulsat est Iūlia.
6. Puer _____ Mārcus pulsat est Quīntus.

7. Iūlia, _____ parva puella est, Aemiliam vocat.
8. Aemilia, _____ Iūlia vocat, venit.
9. Aemilia, _____ māter est liberōrum, filium improbum verberat.
10. Filius _____ Aemilia verberat est Mārcus.
11. Quīntus, _____ filius probus est, Iūlium vocat.
12. Iūlius, _____ Quīntus vocat, nōn venit.
13. Mārcus, _____ Aemilia verberat, plōrat.
14. Iūlius, _____ iam nōn dormit, puerum audit.
15. Puer _____ Iūlius audit est Mārcus.

Exercitium 8

1. Quis Iūliam pulsat? ...
2. Quis plōrat? ...
3. Quis rīdet? ...
4. Quem Quīntus videt? ...
5. Quem Iūlia vocat? ...
6. Quis venit? ...
7. Quem Aemilia interrogat? ...
8. Quis vocat Iūlium? ...
9. Quem Aemilia verberat? ...
10. Quis iam plōrat? ...
11. Quem audit Iūlius? ...
12. Quem Iūlius verberat? ...

quis? -us
-a
quem? -um
-am

Exercitium 9

1. _____ Iūliam pulsat? Mārcus Iūliam pulsat.
2. _____ Mārcum videt? Quīntus Mārcum videt.
3. _____ Quīntus pulsat? Mārcum Quīntus pulsat.
4. _____ Aemiliam vocat? Iūlia Aemiliam vocat.
5. _____ Aemilia interrogat? Quīntum Aemilia interrogat.
6. _____ respondet? Quīntus respondet.
7. _____ vocat Quīntus? Iūlium vocat Quīntus.
8. _____ verberat Iūlius? Mārcum verberat Iūlius.

quis?
quem?

Lēctiō grammatica (versūs 83–118)*Lēctiō grammatica***Exercitium 10**

Exempla: Quīntus Mārcum videt. Mārcus Quīntum nōn videt.
Iūlia Aemiliam vocat. Aemilia Iūliam audit.

1. Quīntus nōminātivus est. Mārcum est _____ .
2. Quīntum accūsātivus est. Quīntus est _____ .
3. Iūlia _____ est. Aemiliam _____ : est.
4. Iūliam _____ est. Aemilia _____ est.
5. Nōminātivus: Mārcus. Accūsātivus: Mārc_____ .
6. Nōminātivus: Aemilia. Accūsātivus: Aemili_____ .
7. Accūsātivus: Iūlium. Nōminātivus: Iūli_____ .
8. Accūsātivus: Iūliam. Nōminātivus: Iūli_____ .
9. Nōminātivus: puer improbus. Accūsātivus: puer_____ improb_____ .
10. Nōminātivus: parva puella. Accūsātivus: parv_____ puell_____ .

nōminātivus (nōm.)
accūsātivus (acc.)
masc.
nōm. -us (-r)
acc. -um
fēm.
nōm. -a
acc. -am

Cap. IV

Lēctiō I

decem
duo
novem
octō
quattuor
quīnque
septem
sex
trēs
ūnus

2 + 2 = 4
3 + 3 = 6
4 + 4 = 8
5 + 5 = 10
2 + 3 = 5
3 + 4 = 7
4 + 5 = 9

abest absunt
adest adsunt
eius
habet
numerat
nummus
pecūnia
rūsus
sacculus
salūtat
salvē
suus
tacet
tantum

CAPITVLVM QVARTVM

Lēctiō prīma (versūs 1–43)

Exercitium 1

1. I = _____ .
2. II = _____ .
3. III = _____ .
4. IV = _____ .
5. V = _____ .
6. VI = _____ .
7. VII = _____ .
8. VIII = _____ .
9. IX = _____ .
10. X = _____ .

Exercitium 2

1. Quot sunt II et II? II et II sunt _____ .
2. Quot sunt III et III? ...
3. Quot sunt IV et IV? ...
4. Quot sunt V et V? ...
5. Quot sunt II et III? ...
6. Quot sunt III et IV? ...
7. Quot sunt IV et V? ...

Exercitium 3

1. In sacculō Iūlii _____ est.
2. Iūlius pecūniam in sacculō _____ .
3. In sacculō _____ [: Iūlii] multī _____ sunt.
4. Iūlius pecūniam _____ : “I, II, III, IV, V, VI, VII, VIII, IX, X.”
5. Iūlius: “Quid? Decem _____ ?”
6. Iūlius _____ pecūniam suam numerat: “I, II, III..... X.”
7. In _____ Iūlii nōn centum, sed _____ decem nummī sunt.
8. Iūlius: “Ubi est servus meus?” Iūlius servum _____ Dāvum nōn videt. Dāvus _____ .
9. Mēdus nōn abest; Mēdus _____ .
10. Dāvus venit. Iam duo servī _____ ; cēteri servī _____ .
11. Dāvus dominum _____ : “Salvē, domine!”
12. Iūlius Dāvum salūtat: “ _____ , Dāve! Ubi est pecūnia mea?”
13. Davus nōn respondet: Dāvus _____ .

Exercitium 4

1. Quot persōnae adsunt in scaenā primā? ...
2. Quot virī et quot fēminae adsunt? ...
3. Quid Iūlius in sacculō habet? ...
4. Centumne nummī in sacculō sunt? ...
5. Adestne Dāvus? ...
6. Quot servī adsunt? ...
7. Quis est servus quī adest? ...
8. Quem vocat Mēdus? ...
9. Quem Dāvus salūtat? ...
10. Quot servī iam adsunt? ...

Lēctiō secunda (versūs 44–98)

Exercitium 5

Exempla: Iūlius pecūniam suam numerat.

Mēdus pecūniam eius [: Iūlii] habet.

1. Ubi est pecūnia Iūlii? Pecūnia _____ in sacculō est.
2. Iūlius pecūniam _____ in mēnsā pōnit.
3. Aemilia pecūniam _____ [: Iūlii] videt.
4. Adestne servus Iūlii? Servus _____ adest.
5. Iūlius servum _____ videt.
6. Dāvus venit et dominum _____ salūtat.
7. Dāvus sacculum _____ in mēnsā pōnit.
8. In sacculō _____ pecūnia nōn est: sacculus _____ vacuus est.
9. Dāvus nūllam pecūniam in sacculō _____ habet.
10. Iūlius ūnum nummum in sacculō _____ [: Dāvī] pōnit.
11. Iūlius: “Sūme sacculum tuum!” Dāvus sacculum _____ sūmit.
12. Mēdus nōn _____ pecūniam, sed Iūlii in sacculō _____ habet.

Exercitium 6

1. Mēdus Dāvum vocat: “Dāv_____ !”
2. Dāvus Mēdum interrogat: “Quid est, Mēd_____ ?”
3. Mēdus: “St! Tacē, Dāv_____ ! Dominus adest.”
4. Servus dominum salūtat: “Salvē, domin_____ !”
5. Dominus servum salūtat: “Salvē, serv_____ !”
6. Iūlius: “Ubi est pecūnia mea, Dāv_____ ?”
7. Dāvus: “Ecce sacculus meus, domin_____ .”
8. Iūlius: “Discēde, bon_____ serv_____ !”
9. Iūlius Mēdum vocat: “Mēd_____ ! Venī, improb_____ serv_____ !”

Exercitium 7

1. Iūlius Mēdum interrogat: “Ubi sunt nummī mei?” Mēdus _____ verbum respondet.
2. Mēdus Dāvum _____ : “In sacculō Dāvī sunt nummī tui!”
3. Dāvus: “_____ sacculus meus.” Dāvus sacculum suum in _____ pōnit.
4. In sacculō Dāvī nūlla pecūnia est: sacculus _____ est.
5. Dāvus servus _____ [= probus] est.
6. Iūlius ūnum nummum in sacculō Dāvī _____ .
7. Dāvus laetus sacculum suum _____ et _____ .
8. Quid Mēdus videt in mēnsā? Mēdus _____ Iūlii videt.
9. Mēdus baculum, _____ in mēnsā est, videt et discēdit.
10. Mēdus discēdit, quia _____ pecūniam dominī habet.

Exercitium 8

1. Iūlius: “Dāvum voc____, Mēde!”
2. Mēdus Dāvum voc____ : “Dāve, ven____ !” Dāvus ven____ .
3. Mēdus: “Salūt____ dominum!” Dāvus dominum salut____ .
4. Dominus: “Tac____ et aud____, serve!” Servus tac____ et aud____ .
5. Dominus: “Respond____, serve!” Servus respond____ .
6. Dominus: “Sacculum tuum in mēnsā pōn____ !” Servus sacculum suum in mēnsā pōn____ .
7. Servus: “Vid____, domine: sacculus meus vacuus est.” Dominus sacculum vacuum vid____ .
8. Dominus: “Sūm____ sacculum tuum et discēd____ !” Servus sacculum suum sūm____ et discēd____ .

Lēctiō II

eius
suum -am -ō
pecūniā eius
pecūniam eius
sacculū eius
sacculum eius
in sacculō eius
pecūniam suam
sacculum suum
in sacculō suō

-e

accūsāt
baculum
bonus
discēdit
ecce
is
mēnsa
nūllus
pōnit
quod
sūmit
vacuus

[1] -ā -at
[2] -ē -et
[3] -e -it
[4] -ī -it

Exercitium 9

1. Quot persōnae adsunt in scaenā secundā? ...
2. Quem Mēdus accūsāt? ...
3. Quid Dāvus in mēnsā pōnit? ...
4. Quot nummī in sacculō Dāvī sunt? ...
5. Estne Dāvus servus improbus? ...
6. Cūr Dāvus laetus discēdit? ...
7. Quid Mēdus videt in mēnsā? ...
8. Adestne Mēdus in scaenā tertiā? ...
9. Cūr Mēdus abest? ...
10. Num Mēdus servus probus est? ...

Lēctiō grammatica

Lēctiō grammatica (versūs 99–122)

Exercitium 10Exempla: *Mēdus Dāvum vocat: "Dāve!"**Servus dominum salūtat: "Salvē, domine!"*

vocātivus (voc.)
nōm. -us
voc. -e

1. *Dāve* nōn nōminātivus, sed _____ est.
2. *Domine* quoque _____ est.
3. Nōminātivus: *Dāvus*. Vocātivus: *Dāv*_____ .
4. Nōminātivus: *dominus*. Vocātivus: *domin*_____ .
5. Vocātivus: *Mēde*. Nōminātivus: *Mēd*_____ .
6. Nōminātivus: *servus*. Vocātivus: *serv*_____ .
7. Nōminātivus: *Mārcus*. Vocātivus: *Mārc*_____ .
8. Vocātivus: *Quīnte*. Nōminātivus: *Quīnt*_____ .
9. Nōminātivus: *-us*. Vocātivus: *-* _____ .

Exercitium 11Exempla: *Dominus: "Salūtā mē!" Servus dominum salūtat.**Dominus: "Tacē et audī!" Servus tacet et audit.**Dominus: "Discēde, serve!" Servus discēdit.*

imperātivus (imp.)
indicātivus (ind.)

[1] imp. -ā
ind. -at
[2] imp. -ē
ind. -et
[3] imp. -e
ind. -it
[4] imp. -ī
ind. -it

1. *Salūtat* indicātivus est. *Salūtā* est _____ .
2. *Tacet* et *audit* nōn imperātivus, sed _____ est.
3. *Tacē* et *audī* nōn indicātivus, sed _____ est.
4. *Discēde* quoque _____ est. *Discēdit* _____ est.
5. Indicātivus: *vocat*. Imperātivus: *voc*_____ .
6. Indicātivus: *videt*. Imperātivus: *vid*_____ .
7. Imperātivus: *pōne*. Indicātivus: *pōn*_____ .
8. Imperātivus: *venī*. Indicātivus: *ven*_____ .
9. Indicātivus: *audit*. Imperātivus: *aud*_____ .
10. Indicātivus: *sūmit*. Imperātivus: *sūm*_____ .
11. Indicātivus: *-at*. Imperātivus: *-* _____ .
12. Indicātivus: *-et*. Imperātivus: *-* _____ .
13. Imperātivus: *-e*. Indicātivus: *-* _____ .
14. Imperātivus: *-ī*. Indicātivus: *-* _____ .

CAPITVLVM QVINTVM

Lēctiō prīma (versūs 1–46)

Exercitium 1

1. Serv_____ abest; dominus serv_____ vocat.
2. Serv_____ absunt; dominus serv_____ vocat.
3. Ancill_____ abest; domina ancill_____ vocat.
4. Ancill_____ absunt; domina ancill_____ vocat.
5. Mārc_____ et Quīnt_____ fili_____ Iūliū sunt.
6. Iūlius nōn ūn_____ fili_____, sed duōs fili_____ habet.
7. Iūlia fili_____ Iūliū est.
8. Iūlius nōn duās fili_____, sed ūn_____ fili_____ habet.
9. Iūlius numm_____ su_____ numerat: in sacculō sunt decem numm_____.
10. Iūlius ūn_____ numm_____ in sacculō Dāvī pōnit.
11. Iam ūn_____ numm_____ in sacculō Dāvī est.
12. Dāvus ūn_____ numm_____ habet. Iūlius mult_____ numm_____ habet.
13. Bacul_____ Iūliū in mēnsā est; Mēdus bacul_____ videt.
14. Iūlius interrogat. Mēdus nūll_____ verb_____ respondet.
15. In hortō sunt mult_____ ros_____ et mult_____ līli_____.
16. Iūlia mult_____ ros_____ et mult_____ līli_____ videt in hortō.

Exercitium 2

1. Iūlius in magnā _____ habitat.
2. Iūlius magnam villam cum magnō _____ habet.
3. Iūlius _____ familiā suā in villā _____.
4. In hortō sunt multae _____ et multa _____.
5. Hortus Iūliū est magnus et _____.
6. Nāsus Syrae nōn pulcher, sed _____ est.
7. Syra fēmina _____ nōn est, quia _____ magnum et foedum habet.
8. Iūlius Aemiliam _____, quia _____ pulchra et proba fēmina est.
9. Iūlius nōn _____, sed cum magnā familiā in villā habitat.
10. In villā duo _____ et multae fenestrae sunt.
11. In ātriō nūllae _____ sunt.
12. Impluvium in _____ est. In impluviō _____ est.
13. In _____ est parvus hortus.
14. Iūlia in parvō _____ dormit; _____ Mārcus [= M. quoque] in parvō cubiculō dormit.

Exercitium 3

1. Iūlius in villā habit_____.
2. Iūlius et Aemilia in villā habit_____.
3. Aemilia trēs liberōs hab_____.
4. Iūlius et Aemilia trēs liberōs hab_____.
5. Aemilia Iūlium am_____ et Iūlius Aemiliam am_____.
6. Iūlius et Aemilia liberōs suōs am_____.
7. Servī dominum salūt_____ et dominus servōs salūt_____.
8. Dominus imper_____ ; servī pār_____.
9. Puella cant_____. Puerī nōn cant_____, sed rīd_____.
10. Mārcus in parvō cubiculō dorm_____.
11. Iūlius et Aemilia in magnō cubiculō dorm_____.

Cap. V

Lēctiō I

-us -ī
-um -ōs
-a -ae
-am -ās
-um -a

amat
aqua
ātrium
cubiculum
cum
ea
etiam
fenestra
foedus
habitat
hortus
līlium
nāsus
ōstium
peristylum
pulcher
rosa
sōlus
villa

[1] -at -ant
[2] -et -ent
[4] -it -iunt

-ō -īs
-ā

Exercitium 4

1. Iūlius in magn___ vill___ habitat cum Aemili___ et cum liber___ et serv___ .
2. Iūlius et Aemilia cum Mārc___ et Quīnt___ et Iūli___ in vill___ habitant.
3. Iūlius villam cum magn___ hort___ habet.
4. In hort___ multae rosae sunt.
5. Iūlius hortum habet cum mult___ ros___ .
6. In Itali___ multae villae cum magn___ hort___ sunt.
7. In hort___ villārum sunt rosae.
8. In vill___ Italiae magna ātria sunt.
9. Iūlius villam cum magn___ ātri___ habet.
10. In ātri___ impluvium est; in impluvi___ est aqua.
11. Iūlius cum Aemili___ in magn___ cubicul___ dormit.
12. Mārcus et Quīntus in parv___ cubicul___ dormiunt.

Exercitium 5

1. Ubi habitat Iūlius? ...
2. Num Iūlius sōlus habitat? ...
3. Quot filiōs et quot filiās habet Iūlius? ...
4. Quot servōs habet? ...
5. Ubi sunt rosae et lilia? ...
6. Ubi est impluvium? ...
7. Quot fenestrae in ātriō sunt? ...
8. Ubi dormit Quīntus? ...
9. Servi ubi dormiunt? ...
10. Estne Iūlius in villā? ...
11. Estne Aemilia in oppidō cum virō suō? ...
12. Sōlane est Aemilia in peristylō? ...

Lēctiō II

is iī
ea eae
id ea

eum eōs
eam eās

eius eōrum
eārum

eō iīs
eā

*Lēctiō secunda (versūs 47–105)***Exercitium 6**

1. Mēdus servus est; dominus _____ est Iūlius.
2. Mēdus et Dāvus servī sunt; dominus _____ est Iūlius.
3. Servi dominum suum vident et _____ salūtant.
4. Dominus servōs suōs videt et _____ salūtāt.
5. Syra ancilla est; domina _____ est Aemilia.
6. Syra et Dēlia ancillae sunt; domina _____ est Aemilia.
7. Ancillae dominam suam vident et _____ salūtant.
8. Domina ancillās suās videt et _____ salūtāt.
9. Estne sōla Aemilia? ___ sōla nōn est, liberī cum ___ sunt.
10. Estne sōlus Iūlius? Neque ___ sōlus est, servī cum ___ sunt.
11. Suntne ancillae cum Aemiliā? ___ cum dominā nōn sunt.
12. Iūlia in peristylō est; māter _____ cum ___ est.
13. Ubi sunt puerī? ___ quoque in peristylō sunt.
14. Liberī sōli nōn sunt: māter _____ cum _____ est neque ___ ab _____ discēdit.
15. Hortus pulcher est, in ___ sunt multae rosae.
16. Estne pulchrum peristylum? ___ quoque pulchrum est; in ___ parvus hortus est.
17. Villa magna est; in ___ sunt multa cubacula.
18. Servi in cubiculīs dormiunt; cubacula _____ nōn magna sunt.
19. Suntne parva cubacula liberōrum? ___ quoque parva sunt.

Exercitium 7

1. Iūlia ab Aemiliā discēd_____ ; puerī nōn discēd_____ .
2. Aemilia imperat: "Iūliam voc_____, puerī!"
3. Puerī Iūliam voc_____ : "Iūlia! Ven_____!"
4. Iūlia eōs nōn aud_____ neque ven_____ .
5. Iūlia puerōs voc_____ : "Mārce et Quīnte! Ven_____!"
6. Puerī Iūliam aud_____ neque ab Aemiliā discēd_____ .
7. Quīntus: "Carp_____ rosās, Iūlia!" Iūlia rosās carp_____ et ex hortō ven_____ cum quīnque rosīs.
8. Iūlia: "Vid_____ rosās meās, mamma! Vid_____, puerī!"
9. Puerī rosās vid_____ . Aemilia: "Ecce puella pulchra!"
10. Iūlia: "Aud_____, Mārce et Quīnte!"
11. Mārcus: "Māter nāsum tuum foedum nōn vid_____!"
12. Iūlia plōr_____. Mārcus rīd_____. Aemilia: "Tac_____, Mārce!"
13. Mārcus nōn tac_____. Mārcus et Quīntus rīd_____ .
14. Aemilia: "Tac_____, puerī improbī!" Puerī tac_____ .
15. Iūlia: "Sūm_____ rosās, mamma, eāsque in aquā pōn_____!"
16. Quid ag_____ Iūlia? Ea ūnam rosam sūm_____ et discēd_____ .
17. Aemilia: "Discēd_____, puerī! Ag_____! Sūm_____ cēterās rosās eāsque in aquā pōn_____!"
18. Puerī rosās sūm_____, discēd_____, et rosās in aquā pōn_____ .
19. Aemilia: "Ven_____, ancillae!" Ancillae ven_____ .
20. Aemilia: "Quid ag_____ puerī? Ag_____, Dēlia! Discēd_____ et interrog_____ eōs!"

- | | | |
|-----|-----|-------|
| [1] | -ā | -āte |
| | -at | -ant |
| [2] | -ē | -ēte |
| | -et | -ent |
| [3] | -e | -ite |
| | -it | -unt |
| [4] | -ī | -ite |
| | -it | -iunt |

Exercitium 8

1. Aemilia _____ peristyl_____ est _____ liber_____, sed _____ vir_____ su_____ .
2. Iūlia rosās _____ hort_____ videt et _____ Aemili_____ discēdit.
3. Puerī _____ Aemili_____ sunt neque _____ e_____ discēdunt.
4. Iūlia _____ hort_____ venit _____ quīnque ros_____ .
5. Rīdent puerī. Iūlia _____ ūn_____ ros_____ _____ i_____ discēdit.
6. _____ vill_____ magnum ātrium est _____ impluvi_____ .
7. _____ ātri_____ puerī aquam sūmunt _____ impluvi_____ rosāsque _____ aqu_____ pōnunt.
8. Iūlius _____ oppid_____ est _____ quattuor serv_____, sed _____ Aemili_____ .

- | | |
|------|-----|
| ab | -ō |
| cum | -ā |
| ex | -īs |
| in | |
| sine | |

Lēctiō grammatica (versūs 106–156)

Lēctiō grammatica

Exercitium 9

Exempla: *Iūlius nōn ūnum servum, sed multōs servōs habet.*
Aemilia nōn ūnam ancillam, sed multās ancillās habet.
Villa nōn ūnum cubiculum, sed multa cubiula habet.

accūsātivus singulāris
et plūrālis

1. *Servum* nōn nōminātivus, sed _____ est. *Servōs* quoque _____ est.
2. *Servōs* nōn accūsātivus singulāris, sed _____ est.
3. *Servum* est accūsātivus _____ .
4. *Ancillam* accūsātivus est. *Ancillās* quoque _____ est.
5. *Ancillam* _____ est; *ancillās* est _____ .
6. *Cubiculum* nōminātivus et _____ est. *Cubiula* quoque _____ et _____ est.
7. *Cubiculum* nōminātivus et accūsātivus _____ est.
8. *Cubiula* est _____ et _____ .
9. Singulāris: nōminātivus *servus*, accūsātivus *serv*_____ .

accūsātivus

	sing.	plūr.
m. nōm.	-us	-ī
acc.	-um	-ōs
f. nōm.	-a	-ae
acc.	-am	-ās
n. nōm.	-um	-a
acc.	-um	-a

ablātīvus (abl.)

	sing.	plūr.
m. nōm.	-us	-ī
abl.	-ō	-īs
f. nōm.	-a	-ae
abl.	-ā	-īs
n. nōm.	-um	-a
abl.	-ō	-īs

10. Plūrālis: nōminātīvus *servī*, accūsātīvus *serv*_____ .
11. Singulāris: nōminātīvus *ancilla*, accūsātīvus *ancill*_____ .
12. Plūrālis: nōminātīvus *ancillae*, accūsātīvus *ancill*_____ .
13. Singulāris: nōminātīvus et accūsātīvus *cubicul*_____ .
14. Plūrālis: nōminātīvus et accūsātīvus *cubicul*_____ .

Exercitium 10Exempla: *Cum ūnō servō. Cum multīs servīs.**Cum ūnā ancillā. Cum multīs ancillīs.**Cum ūnō cubiculō. Cum multīs cubiculīs.*

1. *Servō* nōn nōminātīvus, sed _____ est.
2. *Servō* _____ singulāris est; *servīs* _____ est.
3. *Ancillā* ablātīvus _____ est; *ancillīs* _____ est.
4. *Cubiculō* _____ est; *cubiculīs* est _____ .
5. Singulāris: nōminātīvus *servus*, ablātīvus *serv*_____ .
6. Plūrālis: nōminātīvus *servī*, ablātīvus *serv*_____ .
7. Singulāris: nōminātīvus *ancilla*, ablātīvus *ancill*_____ .
8. Plūrālis: nōminātīvus *ancillae*, ablātīvus *ancill*_____ .
9. Singulāris: nōminātīvus *cubiculum*, ablātīvus *cubicul*_____ .
10. Plūrālis: nōminātīvus *cubica*, ablātīvus *cubicul*_____ .

Exercitium 11

imperātīvus et indicātīvus

	sing.	plūr.
[1] imp.	-ā	-āte
ind.	-at	-ant
[2] imp.	-ē	-ēte
ind.	-et	-ent
[3] imp.	-e	-ite
ind.	-it	-unt
[4] imp.	-ī	-ite
ind.	-it	-iunt

1. *Vocā* imperātīvus singulāris est; *vocāte* _____ est.
2. *Vocat* indicātīvus _____ est; *vocant* est _____ plūrālis.
3. *Vidē, pōne, venī* _____ est; *vidēte, pōnite, venīte* _____ est.
4. *Videt, pōnit, venit* _____ est; *vident, pōnunt, veniunt* _____ est.
5. Imperātīvus singulāris: *cantā, tac*_____, *ag*_____, *aud*_____ .
6. Imperātīvus plūrālis: *cant*_____, *tac*_____, *ag*_____, *aud*_____ .
7. Indicātīvus singulāris: *cantat, tac*_____, *ag*_____, *aud*_____ .
8. Indicātīvus plūrālis: *cant*_____, *tac*_____, *ag*_____, *aud*_____ .

Cap. VI**Lēctiō I****CAPITVLVM SEXTVM****Lēctiō prīma (versūs 1–45)****Exercitium 1**

ad
ambulat
amicus
ante
apud
autem
circum
duodecim
inimicus
inter
it eunt
itaque
lectica

1. _____ Flāminia est _____ Rōmam et Arīminum.
2. Villa Iūlii _____ Tūsculum est, neque _____ ā Rōmā.
3. Ab oppidō _____ villam nōn longa via est.
4. Iūlius ab oppidō ad villam _____ .
5. Villa est _____ eum, oppidum _____ eum est.
6. Dominus et quattuor servī ad villam _____ .
7. Servi in viā _____ ; dominus in _____ est neque ambulat.
8. Duo servī lecticam cum dominō _____ .
9. Syrus et Lēander duōs _____ in _____ portant.
10. _____ venit Iūlius? Ab oppidō venit.
11. _____ it Iūlius? Ad villam it.
12. Duo servī dominum ab oppidō ad villam _____ [= portant].
13. Dominus sōlus nōn est, _____ quattuor servī _____ eum sunt.

14. Mēdus nummōs Iūlii habet; _____ is nōn est cum dominō.
15. Mēdus dominum Irātum _____ .
16. Mēdus servus _____ est. Dāvus _____ [= sed D.] servus bonus est.
17. Dāvus Mēdum nōn amat: Dāvus _____ Mēdī nōn est.
18. Dāvus et Mēdus nōn amīcī, sed _____ sunt.
19. Via Latīna nōn tam _____ est quam via Appia.
20. In _____ Rōmānō antiqūō sunt _____ [XII] _____ .
21. _____ Tūsculum mūrus nōn _____ longus est _____ circum Rōmam.

longus
malus
mūrus
nam
porta
portat
post
procul
prope
quam
quō
saccus
tam
timet
umerus
unde
vehit
via

Exercitium 2

1. Ubi est via Latīna? ...
2. Quid est Capua? ...
3. Num fluvius Tiberis tam longus est quam Nīlus? ...
4. Estne Tūsculum procul ā Rōmā? ...
5. Ubi est villa Iūlii? ...
6. Ubi est Iūlius? ...
7. Ambulatne Iūlius? ...
8. Quot servī apud dominum sunt? ...
9. Quī lectīcam portant? ...
10. Quid portant Syrus et Lēander? ...
11. Quō it Iūlius? ...
12. Unde venit Iūlius? ...
13. Cūr Mēdus apud dominum nōn est? ...
14. Suntne amīcī Mēdus et Dāvus? ...

Exercitium 3

1. Iūlius nōn _____ villā, sed _____ oppidō venit.
2. Iūlia _____ Aemiliā et _____ puerīs discēdit.
3. Iūlius _____ ūnō ad decem numerat, neque _____ decem ad centum.
4. Mēdus _____ dominō discēdit, Dāvus _____ eō nōn discēdit.
5. Britannia est procul _____ Italiā et _____ Rōmā.
6. Imperium Rōmānum est _____ Hispāniā ad Arabiam et _____ Britannā ad Āfricam.

ab ante a- e- i- o- u- h-
ā/ab ante cēterās
litterās

Exercitium 4

1. Via Appia est inter Rōm_____ et Brundisi_____ .
2. Inter oppid_____ sunt viae. Circum multa oppid_____ sunt mūrī.
3. Villa Iūlii est prope oppid_____ Tūscul_____ .
4. Inter oppid_____ et vill_____ nōn longa via est.
5. Iūlius ab oppid_____ Tūscul_____ ad vill_____ su_____ it.
6. Dominus in lectīc_____ est inter du_____ serv_____ .
7. Ursus est ante domin_____, Dāvus post e_____ est.
8. Quattuor servī apud domin_____ (= cum domin_____) sunt.
9. Aemilia in vill_____ est sine vir_____ su_____ Iūli_____ .
10. Puerī apud Aemili_____ sunt neque ab e_____ discēdunt.
11. Iūlia ex hort_____ ad Aemili_____ venit cum quīnque ros_____ .
12. *Ab*, nōn *ā*, ante litter_____ *a-*, *e-*, *i-*, *o-*, *u-*, *h-*!

ad	-um	ab/ā	-ō
ante	-am	ex	-ā
post	-ōs	in	-is
inter	-ās	cum	
prope	-a	sine	
circum			
apud			

Exercitium 5

1. Servī _____ saccōs portant sunt Syrus et Lēander.
2. Saccī _____ servī portant nōn parvī sunt.
3. Saccus _____ Lēander portat est magnus.
4. Servus _____ magnum saccum portat laetus nōn est.
5. Dominus _____ servī vehunt est Iūlius.

quī quī
quem quōs

6. Servī _____ Iūlium vehunt sunt Ursus et Dāvus.
7. Servī _____ dominus vocat ad eum veniunt.
8. Dominus verberat servōs _____ nōn pārent.
9. Servī _____ dominus verberat improbī sunt.
10. Nummī _____ Mēdus in sacculō suō habet Iūlii sunt.

Lēctiō II

quō? -um
-am

unde? -ō
-ā

ubi? -ī
-ae

[1] -at -ant
-atur -antur

[2] -et -ent
-ētur -entur

[3] -it -unt
-itur -untur

[4] -it -iunt
-itur -iuntur

-us -um -t

-a	-am	_____
-ī	-ōs	-nt
-ae	-ās	

-us ab/ā -ō -tur

-a	-ā	_____
-ī	-īs	-ntur
-ae		

-ō

-ā

-īs

Lēctiō secunda (versūs 46–95)

Exercitium 6

1. Quō it Mēdus? Mēdus Rōm_____ it, nam amīca eius Rōm_____ habitat.
2. Unde venit Cornēlius? Cornēlius Rōm_____ venit.
3. Quō it Cornēlius? Cornēlius Tūscul_____ it, nam is Tūscul_____ habitat.
4. Unde venit Mēdus? Mēdus Tūscul_____ venit.
5. Mēdus Tūscul_____ Rōm_____ it.
6. Cornēlius Rōm_____ Tūscul_____ it.
7. Iam Mēdus Rōm_____ apud amīcam suam est.
8. Ubi est Cornēlius? Tūscul_____ est apud familiam suam.

Exercitium 7

1. Dominus nōn ambul_____, sed ā servīs port_____.
2. Iūlius Aemiliam am_____ et ab Aemiliā am_____.
3. Iūlius et Aemilia liberōs suōs am_____ et ab iīs am_____.
4. Servī malī dominum tim_____ neque ā dominō tim_____.
5. Quīntus Mārcum vid_____ neque ab eō vid_____.
6. Quīntus Mārcum puls_____ et ab eō puls_____.
7. Quīntus Iūlium voc_____ neque ab eō aud_____.
8. Puerī Iūliam voc_____ neque ab eā aud_____.
9. Equus Cornēlium veh_____ ; Iūlius nōn equō, sed lectīcā veh_____.
10. Domini veh_____, servī ambul_____.
11. Fēminae rosīs dēlect_____.
12. Iūlius nummōs in mēnsā pōn_____ et numer_____.
13. Nummī ā Iūliō in mēnsā pōn_____ et numer_____.

Exercitium 8

Exemplum: Dominus servum vocat = Servus ā dominō vocatur.

1. Ancilla dominum salūtat = Dominus ...
2. Dominus ā servīs salūtatur = Servī ...
3. Dominus servōs interrogat = ...
4. Dāvus accusatur ā Mēdō = ...
5. Dāvus sacculum in mēnsā pōnit = ...
6. Iūlius ā Mēdō timetur = ...
7. Iūlius Mēdum vocat = ...
8. Iūlia ā puerīs vocatur = ...
9. Iūlia puerōs nōn audit = ...
10. Puerī vocantur ā Iūliā = ...
11. Servī improbī dominum irātum timent = ...
12. Servī improbī ā dominō irātō verberantur = ...

Exercitium 9

1. Cornēlius equ_____ vehitur.
2. Iūlius lectīc_____ vehitur.
3. Iūlia verb_____ Aemiliae dēlectatur.
4. Dominus servum improbum bacul_____ verberat.
5. Servī saccōs umer_____ portant.

6. Servī dominum lectīc_____ vehunt.
7. Mēdus vi_____ Latīn_____ Tūsculō Rōmam it.

Exercitium 10

1. Cornēlius nōn ambulat, sed _____ vehitur.
2. Tūsculum, _____ Cornēlius habitat, prope Rōmam est.
3. Servī quī magnam lectīcam portant _____ sunt.
4. Lȳdia est _____ Mēdī, quae Rōmae habitat.
5. Mēdus ōstium Lȳdiae _____ . Lȳdia: “ _____ !”
6. Mēdus _____ ōstium intrat et amīcam suam salūtāt.

Exercitium 11

1. Ubi habitat Cornēlius? ...
2. Unde Cornēlius venit et quō it? ...
3. Ambulatne Cornēlius? ...
4. Cūr Mēdus equō nōn vehitur? ...
5. Cūr laetus est Mēdus? ...
6. Quae est Lȳdia? ...
7. Ubi Lȳdia habitat? ...
8. Cūr Ursus et Dāvus fessī sunt? ...
9. Cūr Iūlius fessus nōn est? ...
10. Quī Iūlium salūtāt? ...

Lēctiō grammatica (versūs 96–139)**Exercitium 12**

1. *Amātur, amantur* nōn verbum āctīvum, sed _____ est.
2. *Amat, amant* nōn verbum passīvum, sed _____ est.
3. *Videt, vident* quoque verbum _____ est; *vidētur, videntur* est verbum _____ .
4. *Pōnit, pōnunt* āctīvum est; *pōnitur, pōnuntur* _____ est.
5. *Audit, audiunt* _____ est; *audītur, audiuntur* est _____ .
6. Āctīvum: singulāris *voc*____, *tim*____, *veh*____, *aud*____; plūrālis *voc*____, *tim*____, *veh*____, *aud*____ .
7. Passīvum: singulāris *voc*____, *tim*____, *veh*____, *aud*____; plūrālis *voc*____, *tim*____, *veh*____, *aud*____ .

CAPITVLVM SEPTIMVM**Lēctiō prīma (versūs 1–29)****Exercitium 1**

1. In peristȳlō Aemilia virum suum _____ .
2. Iūlia in cubiculō suō rosam ante nāsum _____ .
3. Iūlia nōn rīdet, sed _____ : in _____ eius sunt _____ .
4. Iūlia _____ ante oculōs tenet et _____ in speculō videt.
5. Syra ōstium pulsāt. Iūlia: “Intrā!” Syra ōstium _____ et in cubiculum intrat.
6. Syra ōstium post sē _____ .
7. Iūlia: “Num nāsus meus foedus est?” Syra: “ _____ nāsus tuus _____ est.”
8. Iūlia sē _____ et Syra lacrimās eius videt.
9. Syra: “ _____ oculōs! _____ laeta!”

amīca
equus
fessus
intra
per
pulsat
ubi

Lēctiō grammatica

āctīvum (āct.)
passīvum (pass.)

	sing.	plūr.
[1] āct.	-at	-ant
pass.	-ātur	-antur
[2] āct.	-et	-ent
pass.	-ētur	-entur
[3] āct.	-it	-unt
pass.	-itur	-untur
[4] āct.	-it	-iunt
pass.	-itur	-iuntur

Cap. VII**Lēctiō I**

aperit
claudit
es
exspectat
fōrmōsus
immō
lacrima
lacrimat
oculus
sē
speculum
tenet
terget
vertit

Exercitium 2

1. Quid agunt Mārcus et Quīntus? ...
2. Estne Aemilia apud filiōs? ...
6. Quō Iūlius Mārcum ire iubet? ...
7. Quid agit Mārcus in cubiculō suō? ...
8. Quis puerō novam vestem dat? ...
9. Quid Aemilia in solō cōspicit? ...
10. Quid tum ait Iūlius? ...
11. Cūr Iūlius filium suum 'porcum' appellat? ...
12. Tūne hāc nocte bene dormivisti? ...

Lēctiō tertia (versūs 79–149)

Exercitium 9

Exempla: Dāvus:

"Filius/a dormivit"

"Filiī/ae dormivērunt"

"Filius vocātus est"

"Filia vocāta

"Filiī vocātī sunt"

"Filiae vocātae

Dāvus dicit

'filium/am dormivisse'

'filiōs/ās

'filium vocātum esse'

'filiam vocātam

'filiōs vocātōs

'filiās vocātās

1. Iūlius: "Mārcus intrāvit." Iūlius 'Mārc_____ intr_____ ' dicit.
2. Iūlius: "Puerī in viā pugnāvērunt et humī iacuērunt." Iūlius dicit 'puer_____ in viā pugn_____ et humī iac_____.'
3. Syra: "Iūlia ā Mārcō pulsāta est." Syra dicit 'Iūli_____ ā Mārcō puls_____.'
4. Sextus: "Magistrō pārui." Sextus dicit '_____ magistrō pār_____.'
5. Sextus: "Ā magistrō laudātus sum." Sextus '_____ ā magistrō laud_____ ' dicit.
6. Dāvus: "Quīntus tōtam noctem vigilāvit nec hōram dormivit." Dāvus dicit 'Quīnt_____ tōtam noctem vigil_____ nec hōram dorm_____.'
7. Mārcus: "Ego bene dormivī, sed ā Dāvō excitātus sum." Mārcus dicit '_____ bene dorm_____, sed a Dāvō excit_____.'
8. Iūlia. "Ā Syrā excitāta sum." Iūlia dicit '_____ ā Syrā excit_____.'
9. Aemilia: "Discipulī ā magistrō laudātī sunt." Aemilia dicit 'discipul_____ ā magistrō laud_____.'
10. Iūlius: "Mārcus nōn laudātus, sed pūnitus est ā magistrō." Iūlius dicit 'Mārc_____ nōn laud_____, sed pūn_____ ā magistrō.'
11. Aemilia: "Mārcus pulchrē scrīpsit." Aemilia 'Mārc_____ pulchrē scrīps_____ ' dicit.
12. Iūlius: "Eae litterae nōn ā Mārcō scrīptae sunt." Iūlius dicit 'e_____ litter_____ nōn ā Mārcō scrīpt_____.'

mūtāre
nārrāre
pōnere
porcus
pugna
solum
sordēs
validus
vincere

Lēctiō III

A:

"is | pugnāvit"

"ea |

"iī | pugnāvērunt"

"eae |

"ego pugnāvi"

A dicit

'eum | pugnāvisse'

'eam |

'eōs |

'eās |

'sē |

A:

"is vocātus | est"

"ea vocāta |

"iī vocātī | sunt"

"eae vocātae |

"ego vocātus/a sum"

A dicit

'eum vocātum | esse'

'eam vocātam |

'eōs vocātōs |

'eās vocātās |

'sē vocātum/am |

13. Iūlius: "Mārcus puer improbus fuit." Iūlius 'Mārc_____ puer_____ improb_____ fu_____ ' dicit.
14. Magister: "Epistula mea iam scripta et signata est." Magister dicit 'epistul_____ su_____ iam script_____ et sign_____ esse.'

Exercitium 10

- [1] numerā|re
numerāv|isse
- [2] pārē|re
pāru|isse
- [3] scrib|ere
scrips|isse
- [4] audī|re
audiv|isse
- es|se
fu|isse
- ī -imus
-istī -istis
-it -erunt

1. Magister: "Scribe M deciēs, Mārce!" Mārcus, postquam M M M M M M M M scrips_____ : "Iam tibi pār_____ : deciēs M scrips_____."
2. Magister, postquam litterās numer_____ : "Nōn pār_____, puer pigerrime! Noviēs tantum M scrips_____, ego litterās numer_____. Nōne aud_____ quod dīx_____?"
3. Mārcus: "Certē aud_____ quod dīx_____. At tū prāvē numer_____!"
4. Magister: "Vōs numerāte litterās, Tite et Sexte! ... Quid agitis? Nōn mē aud_____?"
5. Titus et Sextus "Certē tē aud_____ " inquit, et postquam litterās numer_____ : "Litterās numer_____ : decem sunt."
6. Magister: "Prāvē numer_____ ! Ipsī M deciēs scribite!"
7. Uterque puer M M M M M scribit. Titus: "Iam tibi pār_____."
8. Magister: "Nōn pār_____, puerī pigerrimī! Quinquiēs tantum M scrips_____."
9. Titus: "At quīnque et quīnque sunt decem: ergō deciēs M scrips_____."
10. Titus et Sextus magistrō pār_____, quod bis quīnquiēs M scrips_____, nam bis quīnquiēs sunt deciēs.
11. Mārcus vērō magistrō nōn pār_____, quod noviēs tantum M scrips_____.
12. Sed tamen Mārcus dicit 'sē magistrō pār_____ et deciēs M scrips_____, at magistrum prāvē numer_____!'
13. Magister discipulōs verba sua nōn aud_____ putat, sed Titus et Sextus omnia aud_____.
14. Iūlius: "Hodiēne probus discipulus fu_____, Mārce?"
15. Mārcus: "Certē probus fu_____. Nōs omnēs probī discipulī fu_____."
16. Iūlius: "Id nōn crēdō! Vōs omnēs discipulī improbī fu_____!"
17. Iūlius 'omnēs discipulōs improbōs fu_____ ' dicit, sed Mārcus sōlus improbus fu_____, cēterī probī fu_____.

Exercitium 11

- aliquid
crēdere
dubitāre
fallere
falsum
inter
mentirī
multa
nōbis
omnia
postquam
tabella
vōbis

1. Mārcus in ātrium redit, _____ vestem mūtāvit.
2. Mārcus: "Magister _____ [= multās rēs] nōs docuit; primum _____ recitāvit, nesciō quid."
3. Mārcus parentibus _____ [= parvam tabulam] ostendit, quam 'suam esse' dicit.
4. Tabella vērō Sextī est, Mārcus enim tabellās mūtāvit _____ pugnam.
5. Nōn vērum, sed _____ est id quod Mārcus dicit: puer _____.
6. Māter filiō suō _____, sed pater dē verbīs eius _____.
7. Mārcus patrem suum _____ nōn potest.
8. Iūlius: "Falsa sunt _____ [= omnēs rēs] quae _____ nārrāvistī!"
9. Mārcus: "Omnia quae _____ nārrāvī, pater et māter, vēra sunt!"

Exercitium 12

1. Quō it Mārcus postquam vestem mūtāvit? ...
2. Quem Mārcus in ātriō salūtat? ...
3. Cūr Aemilia filium suum laudat? ...
4. Num Mārcus dicit 'sē malum discipulum fuisse'? ...
5. Estne vērum id quod dicit Mārcus? ...

6. Cūr puerī magistrum recitantem nōn audīverunt? ...
7. Cūr tergum dolet Mārcō? ...
8. Quōmodo Mārcus mātrem fallit? ...
9. Cuius est tabella quam Mārcus ostendit? ...
10. Quis eās litterās pulcherrimās scrīpsit? ...
11. Quid Mārcus dīcit mātří? ...
12. Num magister litterās Mārcī laudāvit? ...
13. Quid Mārcus dīcit dē cēterīs discipulīs? ...
14. Iūliusne filiō suō crēdit? ...
15. Cūr Iūlius Aemiliae interrogantī nōn respondet? ...

Lēctiō grammatica (versūs 150–206)

Exercitium 13

Exempla:

Lýdia trīstis domī sedēbat nec Mēdum exspectābat. Tum Mēdus ōstium pulsāvit et intrāvit. Lýdia laeta amīcum salūtāvit et ab eō salūtāta est. Iūlius adulēscēns saepe Aemiliam salūtābat nec ab eā salūtābātur.

1. Salūtābat nōn tempus praesēns, sed tempus _____ est; salūtāvit quoque tempus _____ est.
2. Sedēbat, exspectābat, salūtābat, salūtābātur nōn est praeteritum perfectum, sed _____.
3. Pulsāvit, intrāvit, salūtāvit, salūtāta est nōn praeteritum imperfectum, sed _____ est.

Exercitium 14

Actīvum

1. Īnfīnītīvus: praesēns: vocā|re, perfectum: _____|isse; praesēns: pārē|re, perfectum: _____|isse; praesēns: scrīb|ere, perfectum: _____|isse; praesēns: audī|re, perfectum: _____|isse.
 2. Persōnae perfectī: singulāris: pers. 1 ~ī, 2 ~_____, 3 ~_____; plūrālis: pers. 1 ~_____, 2 ~_____, 3 ~_____.
- | | Sing. | Plūr. | Sing. | Plūr. |
|------------|-------------|-------------|------------|------------|
| 3. Pers. 1 | vocāv_____ | vocāv_____ | pāru_____ | pāru_____ |
| 4. Pers. 2 | vocāv_____ | vocāv_____ | pāru_____ | pāru_____ |
| 5. Pers. 3 | vocāv_____ | vocāv_____ | pāru_____ | pāru_____ |
| 6. Pers. 1 | scrīps_____ | scrīps_____ | audīv_____ | audīv_____ |
| 7. Pers. 2 | scrīps_____ | scrīps_____ | audīv_____ | audīv_____ |
| 8. Pers. 3 | scrīps_____ | scrīps_____ | audīv_____ | audīv_____ |

Passīvum

9. Īnfīnītīvus: praesēns: vocā|rī, perfectum: _____um esse; praesēns: audī|rī, perfectum: _____um esse.

- | | Sing. | Plūr. | Sing. | Plūr. |
|------------|---------------|------------|--------------|------------|
| 10. Pers.1 | vocātus _____ | vocāt_____ | audītus_____ | audīt_____ |
| 11. Pers.2 | vocāt_____ | vocāt_____ | audīt_____ | audīt_____ |
| 12. Pers.3 | vocāt_____ | vocāt_____ | audīt_____ | audīt_____ |
13. Participium perfectī: nōm. sing.: masc. voc _____, aud _____, fēm. voc _____, aud _____, neutr. voc _____, aud _____.

Lēctiō grammatica

praeteritum perfectum
et imperfectum

perfectum
āct.

īnf. ~isse

[1] vocāv|isse

[2] pārū|isse

[3] scrīps|isse

[4] audīv|isse

īnd. sing. plūr.

1 ~ī ~imus

2 ~istī ~istis

3 ~it ~ērunt

pass.

īnf. ≈um/am/ōs/ās/a esse

[1] vocāt|um esse

[4] audīt|um esse

īnd. sing. plūr.

≈us/a ≈ī/ae

1 sum sumus

2 es estis

3 est sunt

participium perfectī

[1] vocāt|us -a -um

[4] audīt|us -a -um

Cap. XXII

Lectiō I

-eus
-ea
-eum

admittere
anteā
aurum
cardō
catēna
cōnstāre
cūstōdīre
extrā
faber
ferōx
foris
heus
iānitor
inter sē
intrā
lignum
līmen
posteā
pretium
prius
quīn
(num) quis
rogitāre
sicut
tabellārius
tandem
vincīre

CAPITVLVM ALTERVM ET VICESIMVM

Lectiō prima (versūs 1–55)

Exercitium 1

1. Ānulus ex aurō factus = ānulus aur_____ .
2. Baculum ē lignō factum = baculum lign_____ .
3. Catēna ex ferrō facta = catēna ferr_____ .
4. Nummī ex aurō factī = nummī aur_____ .
5. Stilus ferreus = stilus _____ .
6. Pōculum aureum = pōculum _____ .
7. Forēs lignēae = forēs _____ .

Exercitium 2

1. Magna iānua _____ ē duābus _____ , quae in _____ vertuntur.
2. Sub foribus est _____ .
3. _____ [= ōstiārius] dīcitur servus quī hominēs advenientēs in ātrium _____ .
4. Iānitor cum cane suō villam dominī _____ .
5. Canis, quī prope tam _____ est quam lupus, catēnā _____ .
6. _____ nōn modo canēs, sed etiam iānitōrēs vincīebantur.
7. _____ cōnstat ē multīs ānulis ferreīs quī _____ coniunguntur.
8. Ānulus Lȳdiae nōn ex ferrō, sed ex _____ factus est.
9. Ānulus aureus magnī _____ est.
10. Iānua ē _____ facta est _____ [= ut] baculum Iūlii.
11. Servus quī epistolās fert _____ appellātur.
12. Tabellārius clāmat: “ _____ iānitor! _____ aperīs? Num _____ [= aliquis] hīc est?”
13. _____ iānitor surgit et tabellārium _____ [= multa interrogat].
14. Tabellārius: “ _____ admitte mē! _____ [= deinde] respondēbō.”
15. Hostēs nōn sunt _____ vāllum, sed _____ vāllum.
16. Vulcānus est deus _____ .

Exercitium 3

1. Ex quibus partibus cōnstat iānua villae? ...
2. Quid scīptum est in līmine? ...
3. Quis dīcitur servus quī iānuam cūstōdit? ...
4. Quid facit is quī villam intrāre vult? ...
5. Ubi sedet iānitor? ...
6. Cūr canis iānitōris catēnā vincītur? ...
7. Ex quā mātēriā catēna facta est? ...
8. Num ānulus Lȳdiae ex ferrō factus est? ...
9. Utrum dūrius est, lignumne an ferrum? ...
10. Quis dīcitur vir quī rēs ferreās efficit? ...
11. Cūr ‘tabellārii’ dīcuntur servī quī epistolās ferunt? ...
12. Quōmodo iānitor ē somnō excitātur? ...
13. Cūr tabellārius nōn statim iānitōrī respondet? ...
14. Quid huic tabellāriō nōmen est? ...
15. Unde Tlēpolemus sē venīre dīcit? ...
16. Quid Iūlius post merīdiem agere solet? ...

Exercitium 4

1. Post merīdiem Iūlius ambulā_____ ire solet.
2. Postquam ambulāvit, lavā_____ it.
3. Vesperī hominēs dormī_____ eunt.
4. Māne amīcī ad villam veniunt dominum salūtā_____ .
5. Mēdus et Lȳdia in Graeciam eunt habitā_____ .
6. Hostēs castra oppugnā_____ veniunt.
7. Tabellārius nōn mittitur pecūniam postulā_____ .
8. Facile est vōcem magistrī audīre = Vōx magistrī est facilis audī_____ .
9. Difficile est nōmina barbara dīcere = Nōmina barbara difficilia sunt dic_____ .
10. Quae est dea pulcherrima? Id difficile scī_____ est.

-tum

-tū

*Lēctiō secunda (versūs 56–121)**Lēctiō II***Exercitium 5**

1. Mēdus, quī rēs Mārcī fer_____ solet, hodiē abest.
2. Itaque Mārcus ad lūdum ambulāns rēs suās ipse fer_____ .
3. Titus et Sextus semper rēs suās ipsī fer_____ .
4. Titus: “Cūr tū ipse rēs tuās fer_____ hodiē, Mārce?”
5. Mārcus: “Ipse rēs meās fer_____ , quia Mēdus abest; sed cūr vōs semper rēs vestrās ipsī fer_____ ?”
6. Titus: “Nōs rēs nostrās ipsī fer_____ , quia in ipsō oppidō Tūsculō habitāmus, nōn procul ab oppidō.”
7. Mārcus: “Venīte mēcum ac rēs meās fer_____ !”
8. Sextus: “Rēs tuās fer_____ nōlumus. Ipse rēs tuās_____ , Mārce!”
9. Tabula, quae ā Mēdō fer_____ solet, hodiē ā Mārcō fer_____ .
10. Epistulae ā tabellāriīs fer_____ .

ferre

ferō ferimus

fers fertis

fert ferunt

fer! ferte!

ferri

fertur feruntur

Exercitium 6

1. Canis, quī tabellārium _____ stantem videt, dentēs ostendit ac _____ : “Rrrr...”
2. Canis tabellārium _____ vult, sed catēnā _____ .
3. Iānitor eum dē cane ferōcī _____ : “_____ ! Canis tē mordēbit.”
4. Tabellārius nōn intrat, sed in limine _____ .
5. “Nōlī canem tuum _____ !” inquit.
6. In solō intrā limen est _____ canis ferōcis.
7. Tabellārius propius ad canem _____ [= adīre] audet; neque imāgō canis neque canis vērus eum _____ .
8. Canis catēnam _____ et vestem tabellāriī dentibus _____ .
9. _____ novum, quod Tlēpolemus _____ [= paulō ante] ēmit, ā cane ferōcī _____ .
10. Tabellārius ex ōstiō _____ nōn potest, quia canis eum tenet.
11. Homō territus nec _____ nec _____ audet.
12. Canis eum locō sē movēre nōn _____ .
13. Iānitor virum territum _____ : “Hahahae! Quīn intrās?”
14. Tlēpolemus intrāre cōnātur, sed canis irātus eum ex ōstiō _____ .
15. “Vincī _____ [= illum tuum] canem!” inquit tabellārius tōtō corpore _____ .
16. Iānitor: “Nōlī _____ [= putāre] mē canem solvisse!”
17. Iānitor catēnamprehendit et canem ā Tlēpolemō _____ .
18. Tlēpolemus: “_____ mē intrāre! Nōlī mē _____ in imbrem pellere!”

accēdere

arbitrārī

cavēre

cēdere

dēridēre

forās

foris

fremere

imāgō

iste

monēre

mordēre

nūper

pallium

pellere

prehendere

prōcēdere

recēdere

removēre

resistere

retinēre

rumpere

scindere

sinere

solvere

terrēre

tremere

Exercitium 7

1. Cūr tabellārius in limine resistit? ...
2. Quae imāgō in solō intrā limen vidētur? ...
3. Quae verba infrā imāginem scrīpta sunt? ...
4. Num Tlēpolemus imāgine canis terrētur? ...
5. Quid agit canis cum Tlēpolemus ad eum accēdit? ...
6. Cūr canis excurrēns catēnā nōn retinētur? ...
7. Cūr tabellārius nōn audet locō sē movēre? ...
8. Quōmodo canis eum forās pellit? ...
9. Cūr tremit Tlēpolemus? ...
10. Cūr tabellārius iānitōrī pallium suum ostendit? ...
11. Quid tabellārius sēcum fert? ...
12. Quis epistulam in ātrium ad Iūlium fert? ...

Lēctiō grammatica

Lēctiō grammatica (versūs 122–135)

Exercitium 8Exempla: *Dominus cotīdiē ambulātum it.**Vōx tabellāriū difficilis audītū est.*

supīnum I

supīnum II

I ≈ um

II ≈ ū

1. Ambulāt|um _____ est. Audīt|ū quoque _____ est.
2. Supīnum alterum in ≈ _____ dēsinit, alterum in ≈ _____.
3. Supīnum in ≈um dēsiniēns pōnitur apud verba _____, venīre, mittere, cēt.
4. Alterum supīnum, quod in ≈ū dēsinit, apud adiectīva _____ et difficilis et pauca alia pōnitur.

Exercitium 9

Themata verbī

thema -atis n

terminātiō -ōnis f

Thema dīcitur prior verbī pars ad quam adduntur variae litterae vel syllabae (terminātiōnēs quae vocantur), ut *-re*, *-ō*, *-isse*, *-ī*, *-istī*, *-us*, *-a*, *-um*, cēt.

thema praesentis [-]

Verbī themata sunt tria:

thema perfectī [-]

thema supīnī [≈]

- (1) thema praesentis (= īnfīnītīvus praesentis āctīvī sine *-re*, *-ere*), ut *amā-*, *monē-*, *scrīb-*, *audī-*;
- (2) thema perfectī (= īnfīnītīvus perfectī āctīvī sine *-isse*), ut *amāv-*, *monu-*, *scrīps-*, *audīv-*;
- (3) thema supīnī (= supīnum sine *-um* sive participium perfectī sine *-us* *-a* *-um*), ut *amāt-*, *monit-*, *scrīpt-*, *audīt-*.

īnfīnītīvus:

praes. āct.: *-re/-ere*perf. āct.: *~isse*perf. pass.: *≈um esse*

1. Īnfīnītīvī: *vocā|re*, *vocāv|isse*, *vocāt|um esse*: *vocā-* thema _____ est, *vocāv-* thema _____, *vocāt-* _____.
2. Īnfīnītīvī: *terrē|re*, *terru|isse*, *territ|um esse*: thema praesentis: _____ -, thema perfectī: _____ -, thema supīnī: _____ -.
3. Īnfīnītīvī: *dīc|ere*, *dīx|isse*, *dict|um esse*: thema praesentis: _____ -, thema perfectī: _____ -, thema supīnī: _____ -.
4. Īnfīnītīvī: *pūnī|re*, *pūnīv|isse*, *pūnit|um esse*: thema praesentis: _____ -, thema perfectī: _____ -, thema supīnī: _____ -.

Exercitium 10

Īnfīnītīvī (adde themata perfectī et supīnī):

1. *aperīre*, _____ *isse*, _____ *um esse*
2. *claudere*, _____ *isse*, _____ *um esse*
3. *emere*, _____ *isse*, _____ *um esse*
4. *pellere*, _____ *isse*, _____ *um esse*
5. *posse*, _____ *isse*
6. *rumpere*, _____ *isse*, _____ *um esse*

7. *scindere*, _____ *isse*, _____ *um esse*
8. *solvere*, _____ *isse*, _____ *um esse*
9. *vincire*, _____ *isse*, _____ *um esse*
10. *venire*, _____ *isse*

CAPITVLVM VICESIMVM TERTIVM

Lēctiō prīma (versūs 1–40)

Exercitium 1

Mūtā tempus praesēns [...] in *perfectum*. Exemplum:Iānitor ōstium [claudit] clausit = Ōstium [clauditur] clausum est ā iānitōre.

1. Magister epistolam [scrībit] _____ = Epistula ā magistrō [scrībitur] _____ est.
2. Magister tabellārium ad Iūlium [mittit] _____ = Tabellārius ad Iūlium [mittitur] _____ est ā magistrō.
3. Tabellārius epistolam ad Iūlium [fert] _____ = Epistula ad Iūlium [fertur] _____ est ā tabellāriō.
4. Canis iānitōris pallium tabellārii [scindit] _____ = Pallium tabellārii ā cane iānitōris [scinditur] _____ est.
5. Iūlius signum [rumpit] _____ = Signum ā Iūliō [rumpitur] _____ est.
6. Iūlius litterās [legit] _____ = Litterae ā Iūliō [leguntur] _____ sunt.
7. Iūlius nūllum verbum [dīcit] _____ = Nūllum verbum ā Iūliō [dīcitur] _____ est.
8. Aemilia epistolam [sūmit] _____ = Epistula ab Aemiliā [sūmitur] _____ est.
9. Culter medicī puerum [terret] _____ = Puer cultrō medicī [terrētur] _____ est.

Exercitium 2

1. “Tabellārius Tūsculō vēnit; ecce epistula quam _____ [: Tūsculō] ad tē tulit” inquit iānitor epistolamque dominō suō _____ .
2. Iūlius: “Quid _____ hoc est? Quis _____ epistolam ad mē mīsit?”
3. Iūlius iānitōri imperat: “Recēde _____ ad canem tuum!” Hīs verbīs iānitōrem _____ [= ā sē mittit].
4. Iūlius _____ magistrī cognōscit.
5. Signum nōn ruptum, sed _____ est.
6. “Certē magister postulat pecūniam quam eī _____ ” inquit Iūlius, sed Aemilia epistolam aliās rēs _____ putat.
7. Aemilia: “Quis scit? _____ magister aliquid scrīpsit dē Mārcō?”
8. Epistula sic incipit: “Diodōrus Iūliō _____ dīcit.”
9. Diodōrus scrībit ‘Mārcum male recitāre neque _____ [= et numquam] rēctē respondēre.’
10. Iūliō legente, _____ [= faciēs] Mārci colōrem mūtāt.
11. Iam Mārcus vultum _____ gerit [: habet].
12. Mārcus _____ et tremat _____ [= propter] timōrem.

Exercitium 3

1. Quid iānitor Iūliō trādit? ...
2. Quid dīcit iānitor? ...
3. Quōmodo Iūlius scit litterās ā Diodōrō missās esse? ...
4. Quid est signum magistrī? ...
5. Cūr Iūlius litterās magistrī legere nōn vult? ...

Cap. XXIII

Lēctiō I

dīc|ere, dīx|isse,
 dict|um esse
 fer|re, tul|isse,
 lāt|um esse
 leg|ere, lēg|isse,
 lēct|um esse
 mitt|ere, mīs|isse,
 miss|um esse
 rumplere, rūpl|isse,
 rupt|um esse
 scrib|ere, scrīps|isse,
 scrīpt|um esse
 scind|ere, scid|isse,
 sciss|um esse
 sūm|ere, sūmps|isse,
 sūmpt|um esse
 terrē|re, terru|isse,
 territ|um esse

continēre
 dēbēre
 dīmittere
 fortasse
 hinc
 illinc
 integer
 -nam
 ob
 pallēre
 pallidus
 salūtem dicere
 signum
 trādere
 umquam
 vultus

6. Quid Iūlius magistrō dēbet? ...
7. Quid Aemilia magistrum scripsisse arbitratur? ...
8. Quōmodo Iūlius epistulam aperit? ...
9. Quid magister dē Mārcō scripsit? ...
10. Quō diē epistula scripta est? ...
11. Dē quā rē hic diēs magistrum monuit? ...
12. Cūr Mārcus patrem aspiciēns pallet? ...

Lēctiō II

Lēctiō secunda (versūs 41–83)

Exercitium 4*Exempla:*

Puer rubet / ...nōn respondet = Puer rubet neque respondet.

Puer rubet / ...nūllum verbum respondet = Puer rubet neque ūllum verbum respondet.

Puer rīdet / ...numquam plōrat = Puer rīdet neque umquam plōrat.

1. Puella plōrat / ...nōn rīdet = Puella plōrat _____ rīdet.
2. Aemilia Iūlium / ...nūllum alium virum amat = Aemilia Iūlium _____ alium virum amat.
3. Mēdus ex Italiā proficīscitur / ...numquam revertētur = Mēdus ex Italiā proficīscitur _____ revertētur.
4. Syra nūllam pecūniam / ...nūlla ōrnāmenta habet = Syra nūllam pecūniam _____ ōrnāmenta habet.
5. Puer vigilat / ...dormīre nōn potest = Puer vigilat _____ dormīre potest.
6. Māter infantem suum bene cūrat / ...numquam eum relinquit = Māter infantem suum bene cūrat _____ eum relinquit.

Exercitium 5

1. Mārcus _____ [= epistolā] magistrī nōn laudatur.
2. Epistula magistrī tōtam rem _____ facit.
3. Iam Iūlius _____ intellegit Mārcum falsum dīxisse.
4. Puer piger atque improbus nūllam _____ meret.
5. Mārcus vultum ā patre _____ .
6. Nōmen 'Sextī' _____ est in parte tabulae _____ .
7. Iam Mārcus nihil _____ , sed omnia _____ .
8. Mārcus ipse _____ suum indignum esse intellegit.
9. Iam Mārcus nōn ob timōrem pallet, sed _____ ob _____ .
10. Mārcum factī suī _____ .
11. Iūlius Diodōrō mercēdem _____ nōn vult, quia is male docet nec mercēdem suam _____ .
12. Magna tempestās et nāvēs et mercēs _____ [↔ servāre] potest.

Exercitium 6

1. Estne tōta epistula dē pecūniā quam Iūlius dēbet? ...
2. Cūr Aemilia magistrum mercēdem merēre putat? ...
3. Num magister Mārcum litterīs suīs laudat? ...
4. Cūr Mārcus laudem nōn meret? ...
5. Quālis discipulus laudem meret? ...
6. Quid Iūlius dicit dē Mārcō? ...
7. Quōmodo pater intellegit tabulam Sextī esse? ...
8. Num Mārcus hoc negat? ...
9. Quid Mārcus fatētur? ...
10. Cūr māter nescit puerōs in viā pugnāvisse? ...

nōn – neque
nūllus – neque ūllus
numquam – neque
umquam

āvertēre
factum
fatērī
īnscrībēre
laus
litterae
merēre
negāre
perdere
plānē
plānus
pudēre
pudor
rubēre
solvere
superior

11. Quid pater Sexti putabit? ...
12. Cūr Mārcus iam rubet? ...

Lēctiō tertiā (versūs 84–155)

Exercitium 7

- Iūlius baculum sūmēns “Ō Mārce!” inquit, “iam tē verberāt_____ sum [= verberābō]!”
- Iūlius dicit ‘sē Mārcum verberāt_____ esse.’
- Mārcus: “Nōlī mē verberāre! Iam bonus puer fut_____ sum [= erō] nec umquam sorōrem meam pulsābō.”
- Mārcus prōmittit ‘sē iam bonum puerum fut_____ esse nec umquam sorōrem suam pulsāt_____ esse.’
- Iūlius nōn crēdit eum prōmissum fact_____ esse.
- Magister virgam prōmit ac discipulōs verberāt_____ est [= verberābit].
- Discipuli: “Nōlī nōs verberāre, magister! Iam tibi pārit_____ sumus [= pārēbimus].”
- Discipuli prōmittunt ‘sē iam magistrō pārit_____ esse.’
- Magister nōn crēdit eōs prōmissum fact_____ esse.
- Magister calamum prōmit quia scrīpt_____ est [= scrībet].
- Mārcus interrogat: “Quid tū scrīpt_____ es, magister?”
- Magister respondet ‘sē litterās ad patrem Mārci scrīpt_____ esse’: “Litterās ad patrem tuum scrīpt_____ sum.”
- Tandem Iūlius intellegit uxōrem suam rūsus mātrem fut_____ esse.
- Aemilia dicit ‘sē semper īnfantem sēcum habit_____ esse.’
- Syra: “Quīntus numquam ab eō medicō sānābitur.” Syra dicit ‘Quīntum numquam ab eō medicō sānāt_____ īrī.’

Exercitium 8

Exempla: Cane vinctō tabellārius intrat (= Postquam canis vinctus est...)
Mārcus veste mūtātā in ātrium redit (= postquam vestis mūtāta est [ab eō]: postquam vestem mūtāvit).

- Epistul_____ trādīt_____ discēdit tabellārius.
- Iānitōr_____ dīmiss_____ Iūlius signum rumpit.
- Sign_____ rupt_____ epistula legitur.
- Mārcus pallet nōmin_____ magistrī audīt_____ .
- Mārc_____ in cubiculum duct_____ et inclūs_____ , Dāvus in ātrium redit.
- Aemilia, litter_____ magistrī lēct_____ , Mārcum nōn laudat.
- Iūlius: “Mercēdem solvere nōlō!” H_____ dict_____ Iūlius epistulam magistrī scindit.

Exercitium 9

- Pater filium suum vērūm dīcere iubet: “Vērūm _____ , mī filī!”
- Pāstor canem sē ad ovem dūcere iubet: “_____ mē ad ovem, canis!”
- Dominus servum officium facere iubet: “_____ officium tuum!”
- Iūlius Mārcum alterum mālūm tunc ēsse, alterum sēcum ferre iubet: “Alterum mālūm nunc _____ , alterum tēcum _____ , Mārce!”
- Syra Iūliam laetam esse iubet: “_____ laeta, Iūlia!”

Lēctiō III

≈ūrus		sum	
≈ūra		es	
		est	
		≈ūrī	sumus
		≈ūrae	estis
			sunt
≈ūrum		esse	

eum	≈ūrum		esse
eam	≈ūram		
id	≈ūrum		
eōs	≈ūrōs		
eās	≈ūrās		
ea	≈ūra		

sē		≈ūrum		esse
		≈ūram		
		≈ūrōs		
		≈ūrās		

≈um īrī

ablātīvus absolūtus III:
cum participiō perfectīdic!
dūc!
fac!
fer!
ēs!
es!

antehac
clavis
comes
comitari
heri
incluere
nolle
perdere
posthac
promissum
promittere
verbera

Lectio grammatica

participium futuri

~ur|us -a -um

futurum in praesenti

~urus | sum

~ura | es

| est

~uri | sumus

~urae | estis

| sunt

infinitivus futuri

act.

~ur|um esse

pass.

~um iri

Exercitium 10

1. Marcus: " _____ semper bonus puer ero. Hoc vobis _____ ."
2. Iulius vero non credit Marcum _____ facturum esse.
3. Marcus enim hoc idem saepe _____ promisit.
4. Iulius: "Profecto [verberare <] _____ meruisti, Marce!"
5. Davus puerum in cubiculum ducit eumque _____ .
6. Marcus incluso, Davus _____ cubiculi Iulio reddit.
7. Hodie Medus Marcum ad ludum _____ non potuit, quia _____ domo fugit; hodie Marcus sine _____ ambulavit.
8. Iulius magistro respondebit 'se mercedem solvere _____ '.
9. Iulius pecuniam suam _____ non vult.

Exercitium 11

1. Quid Marcus parentibus suis promittit? ...
2. Cur pater non credit eum promissum facturum esse? ...
3. Verberatne Iulius Marcum? ...
4. Quid Iulius Davum facere iubet? ...
5. Cur Medus hodie Marcum comitari non potuit? ...
6. Quis Marcum comitabitur cras? ...
7. Quid Aemilia Iulium facturum esse putat? ...
8. Num Iulius credit Marcum iam mutatum esse? ...
9. Ad quem Iulius epistulam scripturus est? ...
10. A quo epistula Iulii traditur magistro? ...
11. Quid Iulius magistro respondebit? ...
12. Cur Iulius magistro mercedem negat? ...
13. Cur magister Marcum nihil docere potest? ...

Lectio grammatica (versus 156-178)

Exercitium 12

Activum

1. Scrib|ens participium praesentis est; scrip|t|urus est participium _____ .
2. Participium futuri desinit in ~ur|us -a -um, quod ad thema supini additur: am|at _____ , mon|it _____ , lect| _____ , aud|it _____ .
3. Participium futuri verbi esse: fut| _____ .
4. Cum participium futuri coniungitur cum tempore praesentis verbi esse, fit futurum alterum ('futurum in praesenti' quod vocatur): _____ ur|us sum = scribam, _____ = scribes, _____ = scribet.
5. Cum participium futuri cum infinitivo esse coniungitur, _____ futuri fit: scrip|t|ur|um esse.
6. Infinitivus praesentis: voc|are; infinitivus futuri: _____ urum esse.

Passivum

7. Cum supinum I cum iri (inf. praes. pass. verbi ire) iungitur, _____ futuri passivi fit: scrip|tum iri.
8. Scrib|i infinitivus praesentis passivi est; scrip|tum iri est _____ passivi
9. Infinitivus praesentis passivi: mut|ari; infinitivus futuri passivi: _____ um _____ .

Exercitium 13

Īnfīnītīvī:

1. afferre, _____ isse, _____ um esse.
2. dūcere _____ isse, _____ um esse.
3. ferre, _____ isse, _____ um esse.
4. facere, _____ isse, _____ um esse.
5. fugere, _____ isse.
6. inclūdere, in _____ isse, in _____ um esse.
7. legere, _____ isse, _____ um esse.
8. mittere, _____ isse, _____ um esse.
9. ostendere, _____ isse.
10. perdere, _____ isse.
11. trādere, _____ isse, _____ um esse.

faciō -iunt

fugiō -iunt

CAPITVLVM VICESIMVM QVARTVM

Lēctiō prīma (versūs 1–51)

Exercitium 1

1. Mārcus: "Ecce tabula mea. _____ ipse hoc scrīpsī. Nōnne litterae meae pulchrae v_____ dēlectant? Cūr nōn laudor ā v_____?"
2. Iūlius: "N_____ t_____ nōn crēdimus, Mārce. T_____ hoc nōn scrīpsisti."
3. Mārcus: "Cūr v_____ m_____ nōn crēditis? Nōnne m_____ pulchrē scrībere putātis?"
4. Iūlius: "Scīmus t_____ foedē scrībere! Hae litterae pulchrae ā t_____ scrīptae esse nōn possunt."
5. Mārcus: "Certē ā m_____ scrīptae sunt!" Mārcus 'litterās ā sscrīptās esse' dīcit.
6. Iūlius: "N_____ fallere nōn potes. Num t_____ Sextus nōmen est?"
7. Tandem Mārcus fatētur 's_____ tabulās mūtāvisse' neque s_____ excūsāre cōnātur.
8. Iūlius: "Nōnne t_____ pudet ita fēcisse?"
9. Mārcus: "Nōlī m_____ verberāre, pater! Magister m_____ iam bis verberāvit: tergum adhūc m_____ dolet."
10. Mārcus dīcit 'tergum adhūc s_____ dolēre.'
11. Mārcus: "Posthāc v_____ pārēbō, pater et māter; id v_____ prōmittō."
12. Iūlius: "Id saepe antehāc n_____ prōmīsisti. Nōn crēdimus t_____ n_____ pārītūrum esse. Discēde ā n_____, puer!"

Cap. XXIV

Lēctiō I

ego nōs
 mē nōs
 mihi nōbīs
 (ā) mē (ā) nōbīs

tū vōs
 tē vōs
 tibi vōbīs
 (ā) tē (ā) vōbīs

–

sē

sibi
 (ā) sē

Exercitium 2

1. Puer _____ [= aeger] in lectō sē _____ nec dormīre potest sīve in _____ dextrō cubat sīve in latere _____ [= sinistrō].
2. Puer surgere cōnātur, sed _____ [= statim] in lectō _____.
3. Pēs _____ [= rūsus] dolēre incipit: propter _____ puer surgere nōn potest.
4. Quīntus _____ quod pedēs nōn _____ [= aequī], sed _____ sunt.
5. Omnia quiēta sunt, nūllus _____ audītur, avēs nōn canunt, quia tempestāte magnā et _____ territae sunt.
6. At _____ silentium clāmōre et _____ māximō rumpitur!
7. Mārcus enim clāmāre ac forem _____ [= pulsāre] incipit.
8. Cūr Mārcus ita clāmat foremque tam _____ percutit?

aegrōtus
 aliter
 continuō
 convertere
 cupere
 dēnuō
 dolor
 etsī
 flēre
 frangere
 ignōrāre
 impār

intus
iūxtā
laevus
latus
mīrārī
nōscere
os ossa
pār
patī
percutere
recumbere
sonus
strepitus
subitō
subitus
valdē

9. Ita Mārcus inclūsus forem _____cōnātur, neque enim _____
[= aliō modō] ē cubiculō exīre potest.
10. Cubiculum Mārcī _____cubiculum Quīntī situm est.
11. Quīntus _____ crūris frāctum esse putat, sed Syra dicit 'omnia _____
eius integra esse.'
12. Nōn decet puerum Rōmānum _____ [= lacrimāre], _____
[= quam-quam] gravem dolōrem _____.
13. Quīntus _____ [= nescit] Mārcum ā Sextō pulsātum esse.
14. Quīntus enim _____ [↔ forīs] in lectō cubāns nihil _____
potest, etsī omnia scīre _____ [= vult].

Exercitium 3

1. Quiētēne iacet Quīntus in lectō? ...
2. Cūr dormīre nōn potest? ...
3. Quid puer facere cōnātur? ...
4. Quid mīrātur Quīntus? ...
5. Uter pēs māior est? ...
6. Cūr avēs in hortō silent? ...
7. Quō sonō silentium rumpitur? ...
8. Unde venit ille strepitus? ...
9. Quem vocat Quīntus? ...
10. Quid dicit Quīntus dē pede suō aegrō? ...
11. Estne frāctum crūs eius? ...
12. Quārē Quīntus flēre incipit? ...
13. Quid agunt aliī puerī, dum Quīntus intus cubat? ...
14. Mārcusne cum aliīs pueris lūdit? ...
15. Cūr Quīntus ignōrat Mārcum inclūsum esse? ...

Exercitium 4

Exemplum: Iūlius servum sē opperīrī iubet: "Opperīre mē, serve!"

Iūlius servum sē sequī iubet: "Sequere mē, serve!"

	<i>inf.</i>	<i>imp.</i>
	-rī/-ī	-re/-ere
[1]	-ārī	-āre!
[2]	-ērī	-ēre!
[3]	-ī	-ere!
[4]	-īrī	-ire!

1. Syra Quīntum laetārī iubet: "Laet_____, Quīnte!"
2. Quīntus Syram sē cōnsōl_____ et sēcum loqu_____ iubet: "Cōnsōl_____
mē, Syra! Loqu_____ mēcum!"
3. Mēdus Lȳdiam sē comit_____ iubet: "Comit_____ mē, Lȳdia!"
4. Nauta Mēdum caelum intu_____ iubet: "Intu_____ caelum!"
5. Mēdus nautam ventum secundum opper_____ iubet: "Ventum secundum
opper_____, nauta!"

Lēctiō II

Lēctiō secunda (versūs 52–117)

Exercitium 5

~erat	~erant
≈us erat	≈ī erant
≈a	≈ae
≈um	≈a

1. Mārcus ē lūdō rediēns ūmidus erat, quod per imbrem ambul_____ et
sordidus quod humī iac_____.
2. Puerī enim pugn_____, et Mārcus et Sextus humī iac_____.
3. Sextus Mārcum puls_____ et ā Mārcō et Titō puls_____ erat.
4. Puerī ā magistrō verber_____ erant, quod in lūdō dorm_____.
5. Māter Mārcum discipulum improbum fuisse nesciēbat, neque enim
lēg_____ litterās quās magister scrips_____.
6. Aemilia virgō remittēbat flōrēs quōs Iūlius eī mīs_____.
7. Ancilla gaudēbat quod ā dominō laud_____ erat.
8. Ancillae gaudēbant quod ā dominō laud_____ erant.
9. Etsī pēs dolēbat, os frāct_____ nōn erat.

Exercitium 6

1. Herī Mēdus Mārcum ad lūdum comit_____ est.
2. Tabellārius canem iānitōris ver_____ est [= timuit].
3. Mēdus Lȳdiam ōscul_____ est et Lȳdia Mēdum ōscul_____ est.
4. Syra Quīntum mortuum esse arbitr_____ est [= putāvit].
5. Parentēs filiam lacrimantem cōsōl_____ sunt.
6. Syra: "Tūne ē lectō surgere cōn_____ es, Quīnte?"
7. Quīntus fatētur 'sē surgere cōn_____ esse': "Surgere cōn_____ sum."
8. Mārcus tabulam Sextī 'suam esse' dīxit: ita puer ment_____ est.
9. Falsa sunt omnia quae Mārcus locūt_____ est.
10. Tandem Mārcus 'sē ment_____ esse' fass_____ est: "Ment_____ sum, pater. Falsa sunt omnia quae locūt_____ sum."
11. Servi: "Semper vērūm locūt_____ sumus: numquam ment_____ sumus."
12. Servi dicunt 'sē semper vērūm locūt_____ esse nec umquam ment_____ esse.'

≈us	sum	≈ī	sumus
≈a	es	≈ae	estis
	est		sunt

≈um	esse
≈am	
≈ōs	
≈ās	

Exercitium 7

1. Mārcus ā patre verberātus nōn est, quia iam verberāt_____ ā magistrō, sed in cubiculum inclūsus est.
2. Puer enim nōn modo malus discipulus fu_____ et in lūdō dormīv_____, sed etiam in viā pugnāv_____ et falsum dīx_____ (= mentīt_____).
3. Mārcus: "Tū mē in cubiculum inclūsistī, pater, etsī iam ā magistrō verberāt_____ ! Nōne satis pūnit_____ ā magistrō?"
4. Iūlius: "Ego tē inclūsī, etsī iam ā magistrō verberāt_____ , quia nōn modo malus discipulus fu_____ et in lūdō dormīv_____, sed etiam in viā pugnāv_____ ac falsum dīx_____. Certē nōn satis pūnit_____ ā magistrō!"
5. Mārcus (ad Quīntum): "Pater mē in cubiculum inclūsit, quia nōn solum malus discipulus fu_____ et in lūdō dormīv_____, sed etiam in viā pugnāv_____ ac falsum dīx_____."
6. Herī magister puerōs verberāvit, quia malī discipulī fu_____ et in lūdō dormīv_____.
7. Malī discipulī bonīs: "Herī magister nōs verberāvit, quia malī discipulī fu_____ et in lūdō dormīv_____ ; at vōs laudāvit, quia bonī discipulī fu_____ atque omnia verba eius audīv_____."
8. Mārcus et Titus Sextum pulsāvērunt, quia ab eō 'barbarī' appellāt_____.
9. Iūlius: "Cūr Sextum pulsāvistis? Vōsne ab eō pulsāt_____ ?"
10. Mārcus: "Sextum pulsāvimus, quod ab eō 'barbarī' appellāt_____."

~eram	~erāmus
~erās	~erātis
~erat	~erant

≈us	eram	≈ī	erāmus
≈a	erās	≈ae	erātis
	erat		erant

Exercitium 8

Exempla: Pater prūdentior est filiō = Pater prūdentior est quam filiū.

Leōne fortior = fortior quam leō.

1. Digitus quārtus minor est digit_____ medi_____ [= quam digitus medius].
2. Mōns Aetna altior est mont_____ Vesuvi_____ [= quam mōns Vesuvius].
3. Via Appia cēter_____ vi_____ longior est [= longior est quam cēterae viae].
4. Quae dea Vener_____ pulchrior est [= pulchrior est quam Venus]?
5. Quod ōrnāmentum pulchrius est anul_____ gemmāt_____ ?
6. Nūllus discipulus Mārc_____ pigrior est.
7. Canis iānitōris lup_____ ferōcior est.
8. Toga Mārcī niv_____ candidior erat.
9. Nūllum mare māius est ōcean_____.
10. Nūlla stēlla sōl_____ clārior est.

*ablātīvus
comparātiōnis*

(comparātiō -ōnis f
< comparāre)

Lēctiō grammatica

plūsquamperfectum

āct.

	sing.	plūr
1	~era m	~erā mus
2	~erā s	~erā tis
3	~era t	~era nt

pass.

	sing.	plūr.
	≈us -a -um	≈ī -ae -a
1	eram	erāmus
2	erās	erātis
3	erat	erant

cupiō -iunt

eō eunt

red-eō -eunt

Lēctiō grammatica (versūs 118–162)

Exercitium 9

Āctīvum

- Vocāv|it* est praeteritum _____, *vocāv|erat* praeteritum _____.
- Plūsquamperfectum (pers. 3 sing.) dēsinit in *~erat*, quod ad thema _____ additur, ut *dīx|erat*.
- Plūsquamperfectum: singularis: pers. 1 *~eram*, 2 *~_____*, 3 *~_____*; plūrālis: pers. 1 *~_____*, 2 *~_____*, 3 *~_____*.
Sing. Plūr. Sing. Plūr.
- Pers. 1 *amāv_____ amāv_____ monu_____ monu_____*
- Pers. 2 *amāv_____ amāv_____ monu_____ monu_____*
- Pers. 3 *amāv_____ amāv_____ monu_____ monu_____*
- Pers. 1 *dīx_____ dīx_____ audīv_____ audīv_____*
- Pers. 2 *dīx_____ dīx_____ audīv_____ audīv_____*
- Pers. 3 *dīx_____ dīx_____ audīv_____ audīv_____*
- Plūsquamperfectum verbī esse: singularis: pers. 1 *fu_____*, 2 *fu_____*, 3 *fu_____*; plūrālis: pers. 1 *fu_____*, 2 *fu_____*, 3 *fu_____*.

Passīvum

- Vocāt|us* est praeteritum perfectum passivī est; *vocāt|us erat* est praeteritum _____ passivī.
- Plūsquamperfectum passivī cōstat ex _____ perfectī et praeteritō _____ verbī esse (*eram, erās, erat...*).
Sing. Plūr.
- Pers. 1 *vocātus_____ vocāt_____*
- Pers. 2 *vocāt_____ vocāt_____*
- Pers. 3 *vocāt_____ vocāt_____*

Exercitium 10

- cadere, _____isse*
- cognōscere, _____isse, _____um esse*
- cupere, _____isse*
- dare, _____isse, _____um esse*
- fatērī, _____um esse*
- frangere, _____isse, _____um esse*
- īre, _____isse*
- lavāre, _____isse, _____um esse*
- loquī, _____um esse*
- lūdere, _____isse*
- mordēre, _____isse, _____um esse*
- nōscere, _____isse*
- redīre, red_____isse*
- reprehendere, re_____isse, re_____um esse*
- velle, _____isse*
- vidēre, _____isse, _____um esse*

CAPITVLVM VICESIMVM QVINTVM

Lēctiō prīma (versūs 1–41)

Exercitium 1

- _____ et lupus _____ [= sine causā] ad eundem rīvum vērunt.
- Quattuor equī currum Sōlis _____ ; nec facile est equōs Sōlis _____ .
- Achillēs corpus Hectoris post _____ suum trāxit.
- Rōmulus prīma _____ Rōmāna aedificāvit et frātrem _____ .
- Moenia, quae Rōmulus _____ , nōn alta, sed _____ erant.
- Quīntus _____ dē Rōmulō et Remō iam audīvit.
- Nunc fābulam dē _____ ferōcī quod hominēs vīvōs _____ audīre cupit.
- Tāle mōnstrum _____ [= ferōx] Quīntum nōn terrēbit, neque enim is puer _____ est.
- In Crētā _____ [= tempore antiquō] vīvēbat _____ mōnstrum, nōmine Mīnōtaurus, cui corpus virī, sed caput _____ erat.
- _____ [= plūrēs quam duo] adulēscentēs virginēsq̄ Athēniēsēs _____ [= omni annō] ad Mīnōtaurum mittēbantur.
- Labyrinthus est magnum _____ , unde nēmō potest exīre, quamquam iānua _____ .
- Daedalus complūrēs rēs _____ [< mīrārī] effēcerat praeter labyrinthum.

Exercitium 2

- Quid Quīntus Syram sibi nārrāre iubet? ...
- Quid fēcit Achillēs? ...
- Quis primōs mūrōs Rōmānōs aedificāvit? ...
- Quem Rōmulus interfēcit?
- Cūr Quīntus fābulam dē Rōmulō audīre nōn vult? ...
- Quālem fābulam Quīntus audīre cupit? ...
- Quam fābulam Syra puerō nārrat? ...
- Quāle mōnstrum erat Mīnōtaurus? ...
- Ubi illud mōnstrum habitābat? ...
- Quid est labyrinthus? ...
- Clausane erat iānua labyrinthī? ...
- Quis illum labyrinthum aedificāverat? ...
- Unde veniēbant hominēs quōs edēbat Mīnōtaurus? ...
- Quālia vēla gerēbat nāvis eōrum? ..

Lēctiō secunda (versūs 42–88)

Exercitium 3

- Iūlia: “Manē h_____ apud nōs, pater! Nōlī h_____ abīre!”
- Iūlius: “Crās necesse erit mē h_____ Rōmam proficīscī, sed brevī h_____ ad vōs redībō.”
- Iūlia: “Quārē rūsus Rōmam ībis? Necesse nōn est totiēs ill_____ īre nec tot diēs ill_____ manēre.”
- Iūlius: “Rōmae vīvere mē nōn dēlectat; itaque post paucōs diēs ill_____ discēdam atque h_____ revertar.”
- Iūlia: “Quod dōnum mihi ill_____ afferēs?”

Cap. XXV

Lēctiō I

aedificāre
aedificium
agnus
complūrēs
currus
fābula
forte
humilis
interficere
mīrābilis
moenia
mōnstrum
ōlim
patēre
quotannis
regere
saevus
taurus
terribilis
timidus
trahere
vorāre

Lēctiō II

(ubi?) hīc illīc
(unde?) hīnc illīnc
(quō?) hūc illūc

auxilium
brevi
civis
constituere
cupidus
exitus
expugnatione
filium
gloria
mora
mors
necare
occidere
paratus
polliceri
rex

Exercitium 4

1. Mīnōs, _____ Crētae, Athēnās expugnāverat.
2. Post _____ urbis rēx et pecūniam et hominēs postulāvit.
3. Itaque quotannis complūrēs Athēniēnsēs ad _____ certam mittēbantur.
4. Mīnōs enim et pecūniae et sanguinis _____ erat.
5. Thēseus, vir _____ cupidus, Mīnōtaurum _____ [= interficere] atque _____ suōs servāre _____ .
6. Thēseus, quī gladium gerēbat, ad pugnam _____ erat.
7. Ariadna Thēseō _____ longum dedit; ita filia rēgis eī _____ tulit.
8. Thēseus: “ _____ [= mox] hūc redibō, nec postea tē relinquam, Ariadna: hoc tibi _____ [= prōmittō].”
9. Tum Thēseus sine _____ [= continuō] labyrinthum intrāvit atque Mīnōtaurum _____ [= necāvit/interfēcit].
10. Postea filium Ariadnae secūtus _____ labyrinthī facile repperit.

Exercitium 5

1. Cūr Athēniēnsēs in Crētā mittēbantur? ...
2. Cūr Mīnōs Athēniēnsibus inimicus erat? ...
3. Ubi Thēseus vivēbat? ...
4. Quam bēstiam Thēseus iam necāverat? ...
5. Quid Thēseus tum agere cōstituit? ...
6. Sōlusne Thēseus in Crētā profectus est? ...
7. Quō rēx Mīnōs Thēseum dūcī iussit? ...
8. Quae fuit Ariadna? ...
9. Cūr ea Thēseum servāre cōstituit? ...
10. Quōmodo Ariadna Thēseō auxilium tulit? ...
11. Quid Thēseus Ariadnae prōmisit? ...
12. Quid fēcit Thēseus in labyrinthō? ...
13. Quōmodo exitum labyrinthī repperit? ...

*Lēctiō III**Lēctiō tertia (versūs 89–144)*

-re -minī
[1] -āre -āminī
[2] -ēre -ēminī
[3] -ere -iminī
[4] -ire -iminī

Exercitium 6

1. Iūlius: “Nōlō sōlus ambulāre. Comit_____ mē, Syre et Lēander! Oppor_____ mē ante portam!”
2. Lȳdia: “Nōlī mē dēserere, Mēde! Hoc mihi pollic_____ !”
3. Mēdus: “Proficisc_____ mēcum, Lȳdia! Comit_____ mē in Graeciam!”
4. Mēdus: “Nāvem solvite, nautae! Intu_____ caelum! Proficisc_____ !”
5. Dāvus: “Sequ_____ mē in cubiculum tuum, Mārce!”
6. Dux: “Laet_____, mīlitēs! Hostēs fugiunt. Sequ_____ eōs, sed brevī hūc revert_____ !”
7. Lȳdia: “Nōlī deōs Rōmānōs verērī, Mēde! Ūnum solum Deum ver_____ ! Eius auxilium oppor_____ !”

Exercitium 7

1. Post _____ [> necāre] Mīnōtaurī Thēseus nāvem _____ atque cum Ariadnā profectus est.
2. Naxī Thēseus Ariadnam _____ [= reliquit].
3. Prīmō Ariadna amicum in _____ quaesivit.
4. Deinde in altum _____ ascendit, unde _____ nāvem Thēseī procul in marī vīdit.

cōspectus
dēscendere
dēserere
ibi
litus
maerere

5. Postquam nāvis ē _____ eius abiit, Ariadna dē saxō in lītus _____ .
6. _____ [= illic] puella misera capillum et vestem scindēbat, sicut agunt hominēs quī _____ .
7. Post mortem Aegeī Thēseus multōs annōs Athēnās _____ .
8. Hīc Syra finem _____ facit.
9. Syra virum improbum amāvit, neque tamen illius viri _____ potest.

nārratiō
nex
oblīvīscī
prōspicere
regere
saxum
(nāvem) solvere

Exercitium 8

Exempla: Fābulās nārrāre mē dēlectat = Nārratiō fābulārum mē dēlectat.

Vir quī pecūniā cupit = vir pecūniā cupidus.

acc./gen.

1. Difficile fuit urb_____ expugnāre: Expugnātiō urb_____ difficilis fuit.
2. Vocābul_____ Latīn_____ dēclīnāre dēbēmus: Dēclīnātiō vocābul_____ Latīn_____ facilis nōn est.
3. Thēseus patri_____ amābat atque glōri_____ cupiēbat: ille vir patri_____ amāns atque glōri_____ cupidus in Crētā profectus est.
4. Thēseus mort_____ nōn timēbat. Sine timōre mort_____ labyrinthum intrāvit.
5. Thēseus ob amōrem patri_____ atque glōri_____ cupiditātem Mīnōtaur_____ necāvit.
6. Post necem Mīnōtaur_____ Thēseus in patriam revertit.
7. Magister Mārc_____ nōn laudat: in epistulā eius nūlla laus Mārc_____ est.

Exercitium 9

1. Quid Thēseus cīvibus suis ostendit? ...
2. Num Thēseus sōlus ē Crētā profectus est? ...
3. Ubi Ariadnam reliquit Thēseus? ...
4. Ubi amīcum suum Ariadna quaesivit? ...
5. Quid puella ē saxō prōspiciēns vīdit? ...
6. Quid facere solent hominēs quī maerent? ...
7. Cūr Syra virīs nōn crēdit? ...
8. Quō Thēseus Nāxō profectus est? ...
9. Unde Aegeus rēx in mare prōspiciēbat? ...
10. Cūr Aegeus filium suum mortuum esse arbitrābatur? ...
11. Quid tum fēcit Aegeus? ...
12. Quod mare ab Aegeō rēge appellātum est? ...
13. Ubi situm est mare Aegaeum? ...
14. Quis rēx Athēniēnsium factus est post Aegeum? ...

Lēctiō grammatica (versūs 145–154)

Lēctiō grammatica

Exercitium 10

Exempla: Dominus servum sē comitārī iubet: “Comitāre mē, serve!”

Dominus servōs sē comitārī iubet: “Comitāminī mē, servī!”

imperātivus verbī
dēpōnentis

1. Comitā|rī infīnitivus verbī dēpōnentis est. Comitā|re nōn est infīnitivus, sed _____ verbī dēpōnentis.
2. Comitā|re est _____ singulāris; comitā|minī imperātivus _____ est.
3. Infīnitivus: cōnārī; imperātivus: sing. cōn_____, plūr. cōn_____.
4. Infīnitivus: verērī; imperātivus: sing. ver_____, plūr. ver_____.
5. Infīnitivus: loquī; imperātivus: sing. loqu_____, plūr. loqu_____.
6. Infīnitivus: partīrī; imperātivus: sing. part_____, plūr. part_____.

[1] -ā|re -ā|minī
[2] -ē|re -ē|minī
[3] -|ere -|iminī
[4] -ī|re -ī|minī

a- dē-scendere
cōn-spiciō -iunt

iaciō -iunt
in-cipiō -iunt
inter-ficiō -iunt

Cap. XXVI

Lēctiō I

celer -eris -ere
equus celer (m)
nāvis celeris (f)
pilum celere (n)

audāx
carcer
celer
cōnficere
cōnsequi
cōnsilium
cōnsumere
effugere
fuga
haud
invenire
iuvāre
paene
persequi
quisquam
quoniam
reliquus
vērum

Exercitium 11

1. accēdere, ac_____isse
2. cōnscendere, cōn_____isse
3. cōnspicere, cōn_____isse, cōn_____um esse
4. cōnstituere, cōn_____isse, cōn_____um esse
5. dēserere, dē_____isse, dē_____um esse
6. gerere, _____isse, _____um esse
7. iacere, _____isse, _____um esse
8. incipere, _____isse, _____um esse
9. interficere, inter_____isse, inter_____um esse
10. iubēre, _____isse, _____um esse
11. obliviscī, ob_____um esse
12. occidere, oc_____isse, oc_____um esse
13. petere, _____isse, _____um esse
14. proficiscī, pro_____um esse
15. quaerere, _____isse, _____um esse
16. reddere, red_____isse, red_____um esse
17. regere, _____isse, _____um esse
18. relinquere, re_____isse, re_____um esse
19. reperire, _____isse, _____um esse
20. sequi, _____um esse
21. trahere, _____isse, _____um esse

CAPITVLVM VICESIMVM SEXTVM

Lēctiō prīma (versūs 1–31)

Exercitium 1

1. Asinus nōn tam cel_____ est quam equus.
2. Aquila est avis magna et cel_____.
3. Nūllus deus tam cel_____ est quam Mercurius.
4. Fuga cel_____ hostēs perterritōs servāvit.
5. Ventus cel_____ et subitus mare turbāvit.
6. Nihil tam cel_____ est quam fulgur.

Exercitium 2

1. Rēx Mīnōs Thēseum fugientem _____ est.
2. Nāvis Mīnōis nōn tam _____ fuit quam Thēseī.
3. Itaque rēx Thēseum _____ nōn potuit.
4. Daedalus, quī filum _____ et Ariadnae dederat, ā rēge in labyrinthum inclūsus est sicut in _____.
5. Hic Syra, quae _____ [= nōn] paulum temporis iam _____ in nārrandō, finem facere vult.
6. _____ [= sed] Quīntus, quī magnam fābulae partem iam audīvit, partem _____ quoque audire cupit.
7. Syra igitur dē _____ Daedalī et Īcarī nārrat.
8. Daedalus exitum labyrinthī _____ [= reperire] nōn potuit, neque _____ [= et nēmō] eum _____ [= eī auxilium tulit].
9. _____ igitur aliā viā exire nōn potuit, vir _____ [= audēns] per āera _____ cōstituit.
10. Hoc _____ adhūc ab Īcarō ignōrābātur.
11. Puer fessus 'sē _____ [= prope] mortuum esse' dixit.

Exercitium 3

1. Cūr rēx Thēseum fugientem cōsequī nōn potuit? ...
2. Quō Minōs Daedalus inclūdī iussit? ...
3. Quid Daedalus cōfēcerat et Ariadnae dederat? ...
4. Quis cum Daedalō in labyrinthum inclūsus est? ...
5. Cūr Syra hīc fīnem facere vult? ...
6. Quā viā Daedalus effugere cōstituit? ...
7. Cūr Īcarus labyrinthum 'carcerem' appellāvit? ...
8. Quārē fessus erat Īcarus? ...
9. Multumne cibī iīs reliquum erat? ...
10. Quōrum auxilium Īcarus opperiēbātur? ...

Lēctiō secunda (versūs 32–82)**Exercitium 4**

1. Nautae parātī sunt ad nāvig_____ .
2. Syra fīnem nārr_____ facit quia fessa est nārr_____ .
3. Puer autem cupidus est aud_____ neque parātus ad dorm_____ .
4. Stilus necessārius est ad scrīb_____ .
5. Sextus industrius est in scrīb_____ et in leg_____ et in comput_____ ;
is enim cupidus disc_____ est.
6. Puerī scrībere discunt scrīb_____ ; ars scrīb_____ haud facilis est.
7. Capitulum xvi est dē marī et dē nāvig_____ .
8. Iūlia dēlectātur in hortō ambul_____ et flōrēs aspici_____ .
9. Mēdus cōsiliū ā dominō fugi_____ excōgitāverat.
10. Daedalus filium, quī vol_____ studiōsus erat, artem vol_____ docuit.
11. Paulum satis est ad beātē vīv_____ .
12. Quōmodo loquī discimus? Loquī discimus aliōs loquentēs aud_____
et imit_____ .

Exercitium 5

1. Quī in carcere inclūsus est nōn est _____ .
2. Avis _____ montēs et flūmina volāre potest.
3. Aquila circum labyrinthum in magnum _____ volābat.
4. Daedalus cōsiliū fugae iam _____ : ālās facere cōstituerat
atque ē labyrinthō _____ .
5. Ālās cōficere _____ difficile est, sed Daedalus ālās _____
[= mākīmās] cōfēcit ex _____ , quās cērā in lacertis _____ .
6. Ille _____ [= certē] deus nōn erat, sed tamen arte suā ipsam
_____ mūtāre poterat.
7. "Opus iam _____ est" inquit Daedalus, "Ecce exemplum _____
meae novissimum. Iam avēs in volandō _____ possumus."
8. Puer, etsī _____ erat volandī, sē suprā humum _____ nōn potuit.
9. Pater filium ālās _____ movēre docuit _____
[= sicut] avis.
10. Tum filium sic monuit: "Nōlī volāre in _____ āere prope mare neque
in _____ āere prope sōlem, nam _____ sōlis cērā _____
ac pennās _____ poterit. _____ estō!"
11. _____ est pars bracchiī superior.

Lēctiō II

-nd|um -ī -ō

[1] -andum -ī -ō

[2] -endum -ī -ō

[3] -endum -ī -ō

[4] -iendum -ī -ō

nārrāre

ad nārrāndum... nārrāndī(in/dē) nārrāndō

ars

cautus

deorsum

ēvolāre

excōgitāre

figere

ignis

imitārī

īnfimus

ingēns

lacertus

levāre

liber

mollīre

nātūra

opus

orbis

penna

perficere

quidem

studiōsus

summus

sūrsum

tamquam

trāns

ūrere

Exercitium 6

1. Quid Daedalus excōgitāverat? ...
2. Quae via sōla iīs patēbat ad fugiendum? ...
3. Quid Daedalus suprā sē vīdit? ...
4. Quae animālia nātūrā volāre possunt? ...
5. Cūr homō volāre nōn potest? ...
6. Quās rēs mirābilēs Daedalus iam cōnfēcerat? ...
7. Quōmodo Daedalus ālās cōnfēcit? ...
8. Ubi fixae sunt ālae? ...
9. Cūr Īcarus nōn statim volāre potuit? ...
10. Quid Daedalus filium suum docuit? ...
11. Ubi pater Īcarum volāre iussit? ...
12. Cūr ei nōn licēbat in summum caelum ascendere? ...

Lēctiō III

Lēctiō tertia (versūs 83–145)

Exercitium 7

Exempla: Thēseus, postquam ē Crētā profectus est, Naxum vēnit

= Thēseus ē Crētā profectus Naxum vēnit.

Quīntus, quī cultrum medicī verēbātur, oculōs clausit

= Quīntus cultrum medicī veritus oculōs clausit.

cultrum veritus :
cultrum verēns

1. Mīnōs Thēseum _____ [= postquam Thēseum persecūtus est] domum revertit.
2. Daedalus filium _____ [= postquam filium ōsculātus est] "Iam sequere mē!" inquit.
3. Ita _____ [= Postquam ita locūtus est] Daedalus cum filiō ēvolāvit.
4. Fīlum Ariadnae _____ [= Postquam fīlum Ariadnae secūtus est] Thēseus exitum labyrinthī repperit.
5. Tabellārius canem _____ [= quī canem verēbātur] intrāre nōluit.
6. Aegeus filium mortuum esse _____ [= quī filium mortuum esse arbitrābātur] in mare sē iēcit.

Exercitium 8

1. Peloponnēsus nōn īnsula, sed _____ est.
2. Daedalus et Īcarus ē labyrinthō ēvolantēs novā _____ gaudēbant ac _____ [= magnum numerum] īnsulārum mirābantur.
3. Īcarus _____ [= deorsum aspiciēns] paene tōtum _____ terrārum vidēre poterat, _____ [= sūrsum aspiciēns] sōlem lūcentem vīdit.
4. Puer _____ [= nimis audāx] in summum caelum ascendit.
5. Tum _____ [= factum est] id quod pater timuerat: sōl _____ [*< prope*] cēram mollīvit et pennās ussit.
6. Puer, lacertōs nūdōs _____, in mare cecidit.
7. Haec fābula nōn solum dēlectandī, _____ [= sed] etiam monendī _____ nārrātur.
8. Ex omnibus fābulīs haec dē _____ [*< cadere*] Īcarī Quīntum _____ dēlectat.
9. Puer fessus Syram abeuntem nōn _____.
10. Rēs quae procul absunt parvae esse _____.
11. In somnīs Quīntus volāre sibi _____ [= sē volāre putat].
12. Sī industrius es, multum discis, _____ [= sī autem] piger es, nihil discis.
13. Nōlī ā rēctā viā _____ !

aberrāre
accidere
cāsus
dēspicere
causā (-ndī)
libertās
māximē
multitūdō
orbis (terrārum)
paenīnsula
propinquus
quater
revocāre
sīn
suspiciere
temerārius
vērum (etiam)
vidērī

Exercitium 9

1. Quis fugam Daedalī et Īcarī animadvertit? ...
2. Quid arbitrātus est pāstor quī eōs volāre vīdit? ...
3. Cūr pater et filius nōn rēctā viā Athēnās volāvērunt? ...
4. Quid volantēs sub sē vīdērunt? ...
5. Quid est Peloponnēsus? ...
6. Quōmodo Peloponnēsus cum reliquā Graeciā coniungitur? ...
7. Quid est Corinthus? ...
8. Quārē Īcarus ad sōlem ascendit? ...
9. Quid tum puerō temerāriō accidit? ...
10. Quid appellātur id mare quō Īcarus cecidit? ...
11. In quā insulā inventum est corpus puerī? ...
12. Cūr Quīntus fessus nōn est fābulās audiendō? ...
13. Quārē nārrātur haec fābula? ...

